19 De probatione Negatiuæ † extat uberrimus Tracta.nuper in lucem editus ab egregio I.C.Franc.Herculano,quem sat sit citasse-

ſe, & qui Aym. noſtrum ſepiſsime retulit & hoc. 1. reſponſum in prin. & nu. 35. & in nu. 111. Inquit, reg. illa ubi negatiua; eſt fundamentũ intentionis alicuius ab eo probanda eſt, limitatur ab Aym. ubi agens negatiuam proponit, & ab aduerſario negatiua non negatur, ſiue contra de affirmatiua non opponatur, & ſubiecit, ſi uera eſt, notanda eſt, & eam comprobat quibuſdam authoritatibus.

AD II. RESPONSVM.

1 AD declarationem huius Reſponſi, ſciendum eſt, † Remiſsionem delicti à Principe impetratam non ualere niſi in precibus cauſa, & quęlibet facti qualitas exprimatur, ſecundum Bal. in l. præſcriptione, nu. 20. uer. ad concordandas &c. C. ſi contr. ius uel util. publ. idq; memoria tenendum ait, & refert ac probat Alex. in conſ. 113. ponderatis ijs &c. nu. 3. uol. 1. & ſubijcit, non ſolum mentionem faciendam de ijs, quæ ſi fuiſſent expreſſa Princeps nõ conceſsiſſet, ſed etiam de ijs, quæ ſi princeps ſciuiſſet, non ita de leui conceſsiſſet, ut eſt tex. ſingularis in cap. poſtulaſti, de reſcrip. ad cuius interpretationẽ multa, & uaria ſcripſit Andr. Tiraq. in tract. ceſſ. cau. in 1. limit. nu. 2. & ſeq. nu. Et referendo Bald. & Alex. probat Ias. in conſ. 165. hæredibus extraneis &c. uol. 4. Vbi ampliando ſubiecit prædicta uera etiam ſi in literis gratiæ adſit clauſula, Etiam ſi talia forent de quibus hic mentio ſpecialis fieri debuiſſet, ſubdens nonnullos referendo hoc eſſe à frequentioribus receptũ. Quod eſt no. quia clauſula hæc ſolet in precibus ferè ſemper adijci, de qua clauſula cum Aym. ſuo loco dicemus, & adde eundem Aym. in conſ. 68. nu. 7. qui in beneficialibus loquitur, & quando adeſt clauſula. Non obſtantibus &c. Quibus adde prudentiſsimũ
3 I.C. Iulium Clarum in Prac. §. fi. q. 16. uer. debes &c. † qui admonet impetrantem gratiam delicti, ut in ſuplicatione exprimat omnia, quæ uerisimiliter potuiſſent Principis animum retrahere à cõceſsione gratiæ, ſubdens ne in periculo ſit, prout ille quem defendit Aymon in conſ. 2. & addit, explicet etiam ſi aliud homicidium fecerit, uel gratiam de alio delicto obtinuerit, cui adde Gramm. in
4 uoto. 10. num. 12. & in uoto 17. num. 10. & ſeq. † Et quæ ſint illæ qualitates, quibus non expreſsis reſcripta gratiæ ſubreptitia reddãtur pręcipuè in beneficijs, latè explicat Clariſ. I.C. Iac. Menoch.

de

de Arbitr.Iud.li.2.cent. 3.casu. 201. Couar.uariarum Resol.c.20. eodemque vlti.libr.1.& uide infra in consf.68.

Num. 1.

Adde Iul.Clar.in Pract.§.fin.q.24.ver. Vlterius quaero, nunquid clericus &c.

Num. 3. & 4.

5 Adde hoc† esse communiter receptum, ut in criminalibus teneatur testis rationem reddere etiam non interrogatus; quod ad offensam, non autem ad defensionem locum habet, ut pluribus probat Iul.Clar.in Pract.q.53.uer.praetereà dixi &c.

Nume. 6. & 7.

6 Nota† quod testimonium presbyteri, seu clerici sponte factum sine uenia superioris, seu licentia, non propterea, etiam quod iurauerit in manibus iudicis laici, uitiari, nonnulli sensere, ut per Abb. in c.1.in glo.fin.de iuramen.calum.& in c.cum nuncius, ubi plenè Feli.probat, extra de test. & latè probat Roland. à Valle in consil. 24.num.77.& seq.in 1.Rui.in consi.35.nu.5.vol.4.Adde Nic.Bellon.in consi.63.qui in monacis, & religiosis idem sensisse uidetur, ut testimonium non uitietur, ubi sponte deposuerunt sine licentia superiorum, & non est à principio oppositum: sed hoc in mendicantibus, & monacis non puto admittendum ex ijs, quae scripsit Felin.post Aret.in d.c.cum nuncius.Paris.in consi.54.num.24.lib.4. Quicquid ipse in clerico dixerit, in consi.83.num.35.in 1.uolum.

7 †Et nota quòd religiosus non seruans regulam suae religionis, non est idoneus testis etiam in causa ciuili, ut per eundem Aym. infra in consi. 9. num. 4.

Num. 10. & 16.

8 Haec sententia, † quòd affines admittantur ad defensam, & testes inhabiles, est magis recepta, & multis authoritatibus probauit Iac.Phi. (si is est) concl.26.lib. 4. ubi multis modis limitat, & declarat, ut non sint testes omni exceptione maiores, referendo Veron.in consi.21.col.3.Sed Iulius Clar. rectè (ut opinor) sentit in Pract.§.fin.q.24.uers.quaero modo &c.& uersi.Item scias, qui intelligit, ut non omnino probent, sed inspecta facti, & personarum qualitate, religioni iudicis relinquatur quanta fides habenda

9 sit, & sic habes, † quòd ad probandum defensionem sufficiunt probatio-

bationes non ita plenæ: sed & addes eundem Aym. infra, in consi. 119. num. 9. qui idem probat.

Num. 14.

10 Nota hoc† ad defendendum eos, qui die veneris sancti sanctissimæ cruci donari solent, simile est quod legitur de Paschali die, in l. 3. C. de epis. aud. Sacer quippè, uenerabilis, & honorabilis est dies veneris sancti, l. omnes, C. de feriis.

Num. 15. versi. Considero etiam &c.

Adde, quòd idem Aym. inquit in consil. 58. num. 12. referendo
11 Bald. in consi. 8. quidam Simoninus, in primo† non excusatur rusticus in initio subreptionis, quia error iuris non subuenit rusticis, ubi agitur de lucro, quem retulit Iac. Menoch. de arbit. iudi. casu, 194. nu. 31. & non fuit memor huius secundi responsi, distinguitq; inter subreptionem, & obreptionem dolosam & non dolosam, ut prima uitiet, secunda arbitrio, seu religioni iudicantis relinquatur, & ait in rustico, in rescripti impetratione non dolus, sed simplicitas præsumitur, quæ non sunt sine ratione dicta: sed & illud considerandum est, quod Bald. ait, an de lucro, uel damno tractetur, & nota locum plenum Menoch. quando simplicitas excusationem præstet, & in rusticis præcipuè.

Nume. 20.

Nota responsum Angeli relatum sub num. 27. consuluit namq;
12 in nostra ciuitate, & est consilium celebre:† sed tu adde, quæ latissimè scripsit Did. Couarruar. resol. c. 7. lib. 1. in ult. car. & Menoch. de arbi. iudi. lib. 2. cent. 4. casu, 167. num. 4. qui Aym. nostrum in hoc respō. refert, & probat, & sic intellige quæ idem Aym. inquit infra cons. 150. num. 1. ubi uide, & adde Gabriel. concl. comm. lib. 7. cō clu. 19. qui hunc locum attulit.

AD III. RESP.

Ad confirmationem huius respō. adde quæ scripsit Goza. in cons. 89. & ad rem uide elegantē, & no. tex. in l. aut facta. ff. de pœn. qui ante oculos & iudicum, & Aduocatorum esse debet, illic n. legitur, facta & dicta septem modis cōsideranda esse, causa, per
1 sona, loco, tēpore, qualitate, quātitate & euentu,† quę circunstātię omnes iuris positiones, omnesq; dispositiones restringunt, declarant,

rant, ampliant, & interpretantur, estq; tex. aureus in l. bona fides, ff. depos. quarum circunstantiarum nõnullæ propositæ quæstioni conueniunt, & defensionem præstãt, ut ex relatis ab Aym. nostro dignóscitur, Placet etiam referre uerba diui Thom. in commen. 2. epistolæ ad Cor. c. 11. lec. 1. in hæc uerba. sciẽdũ est, quòd pręcepta moralia sunt de agendis, quę cum sint particularia, & uariabilia nõ possunt determinari una cõmuni ratione, & reg. & indefinite, sed oportet quandoque præter reg. communem aliquid facere in aliquo casu emergente, quando autem hoc modo fit aliquid præter communem regul. sapientes, qui causam huius considerant, non turbantur, nec reputant insipienter factum esse, indiscreti uero, & minus sapientes non considerantes ex qua causa ita fiat, turbantur, & reputant stultum factum fore, sicut patet: quia præceptum morale est, non occides, aliquando tamen necesse est malos occidere: Quia ergo cõmunis reg. est, quòd homo non commendet seipsum potest tamen fieri in aliquo casu præter hanc communem reg. ut homo commendet se, & laudabiliter hoc faciat, ut fecit diuus Pau. & hæc adde his quæ scripsi in tract. de Mercat. par. ulti. Et ex hoc
2 eleganti responso aliàs dicebam, † Cum proclamatio generalibus uerbis facta esset, nequis sub graui pœna Bannitos alloqueretur, quẽdam qui salutauerat Bannitos in itinere inuentos, & hortatus fuerat ut à maleficijs abstinerent, in pęnam proclamationis non incidisse; sed & vidi cum tempore fęlicis recor. Pau. IIII. sub pœna ultimi supplicij prohibitũ esset Moniales alloqui, quẽdam Ciuem sexagennarium, qui monialem in aperto loco, sibique affinitate, seu consanguinitate cõiunctam & quadragenariam allocutus fuerat, & (vt audiui) sorore monialis præsente gladio ultore punitum Et credo iudicem grauiter errasse, & hoc respon. & alia multa à me causę Patrono relata non profuerunt, nec quę ad rem scripsit Bald. in auct. ingressi, col. 1. & ibi Ias. col. 4. C. de sacros. eccl. & in le. quãuis, ff. de in ius uoc. nu. 29. Tiraq. in trac. nobil. c. 37. nu. 77. Aym. in consi. 321. & nouiss. Menoch. de arb. iud. casu. 244.

Num. 15.

Retuli Aym. in hoc respõ. nu. 15. in tract. de Mercat. in ulti. par. quom. proc. sit nu. 40. & in anteced. & seq. nu. declaraui.

Num. 17.

Adde, quòd contra relatum resp. Pau. Castr. sub nume. 129. in

1.in ciuitate Pisana subiecta Florentiæ, ex facto consultus respondit Roma. in cons. 218.præsens casus &c. quem refert, ac probat Dec.in consi.17 uiso puncto, in fi.pen.col.& pro sententia Rom. citatur, l.forma, C.de of. præf.præt.& Bar. in l.ambitiosa, ff.de decr.ab ord.faci.col.2.in fi.nu.11.& 12.& consi.Ro.retulit, & probauit Ias.in consi.122. colum.antepen. Viso processu &c. in 4.retulit etiam & non improbauit Goza. in consi.37.num.3.& seq. & uide scripta à Iac.Phil.in conclu.3.lib.2. qui hunc locum, & alios
3 retulit, & Ant.Gab.concl.10.in tit.de statu.lib.6.† Nota ergo cum ciuitas Anconitana soleat approbare statuta Castrorum, non intelligitur approbasse illicita, & minus illa quæ sunt statutis Anconitanis contraria, ex confirmatione namque generali ius ciuitatis superioris, & dominantis tolli iniquum, & iniustum est, & læditur eius honor, de maiori.& obedien.cap.cum inferior, & pro sententia Pauli gloss.in cap constitutionem, in uers. statutum non facit, imò contra si consideretur. Vide Alcia.consi.32.lib.2. & Mandos. apud Rom.sed & addes contra istos rusticos oppidò ciuibus semper infestos, ut inquit Plot.in repe.l.si quando, num.25.C. und.ui. quæ scripsit idem Aym.in consi.251.colum.2. Castrum subditum ciuitati non posse inducere consuetudinem sine scientia eorum de ciuitate, sine quorum consensu Castrum ipsum statuere non potest, citat Doct.in c.fi.de consuetu.& Cor.in consil.293.col pen. lib.3. quod notent Anconitani ciues.

Nume. 19.

4 Quod † permissio concessa de melioramentis faciendis in fundo non intelligatur de excessiuis, uide bonum tex.in l.in fundo, ff. de rei uend.& adde Iac. Menoch.in tract. recup.q.39.nume. 523. & uide scripta à Sebast.Med. in tract. de comp.par.2.q.16. num.9. & sequen.

5 Denique hoc responsum plenum quidem † ad interpretationem generalis dispositionis notandum est; & ad interpretationē actus, seu dispositionis dubiæ uarias, & diuersas regulas ex bonis authoribus in plerisque responsis Aym.noster collegit; quæ responsa retulit Iac.Menoc.de arbit.iud.lib.2.cent.2.casu.199. Vbi ante num. nonum hoc citauit, & ibi collectas regulas, & citata responsa comperies, & consi.68.num.23.nec non Roland.à Valle consi.81.nu. 7.& sequen.in 4.uolum.

Num. 25.

1 Adde Franc.Bursat.consi.53.num.24.

AD IIII. RESPON.

ELEGANS est hoc Responsum; In quo tamen, ne erretur animaduertendum est; quòd sublato fundamento, Quòd huiusmodi ius pascendi acquiratur tempore triginta, seu quadraginta annorum, ut in relatis responsis Paul.Castr.sub nu.4. & 5. cor-
1 ruit defensio: † Sciendum est ergo, quòd in præscribenda hac iuris pascendi seruitute requiritur tempus cuius initium memoriam hominum excedat; & bene censuit Deci.reprehensus hic in cons. 483.nu.26. & ita à frequentioribus receptum esse inquit Did.Couar.Var.resol lib.1.c.17.nu.11.citat complures præcipue Ancar. in conf. 155. Guid. PP. decis. 573.supra &c.Paul.Paris.in consil. 27.lib.1.nu.70.quia inquit seruitus hæc est discontinua, & magnū affert præiudicium, citat & Cassan. Balb. in tract.de præscript. & alios, & in uer.sed quia, refert Aym.nostri hoc responsum, & subij-
2 cit; † ego arbitror hanc seruitutem esse realem uel ex eo quod gratia habitantium in certo loco constituatur, uel ipsi loco acquisita sit; aut contemplatione rei Municipibus in aliqua ciuitate, uico, uel oppido degentibus perpetuò competat; & citat tex. quem dicit insignem, in l. testatrix, in §.plures. ff. si seru.uend. Temperat deinde communem sententiam tribus modis ut per eum; Et adde quæ idem Didac. latissimè de iure pascendi scripsit in c.37.Pract. Quæst. addemus & alia in alijs responsis in materia, & præcipue uide infra in consil.154.nu.1. usque in fi. & omnino infra consil. 292.& consi.317.nu.4.

Nume. 6.

Adde eundem Couar.in relato loco c.17.lib. 1.Var.resol.ante nu.12.uer.sed & quoties.

Nume. 15. 18. & 20.

3 Comprobat † ut pro defensione iuris sui homines liceat congregare ex ijs, quæ scripsit Ias.in consi.86.nu.2.uol.3. & est plenum responsum, adde & Dec. in consil. 469.nu.3. comproba etiam ex ijs, quæ scripsit Paul.Castren.in l. refectiones.ff.commu.prædi. quem refert ac commendat Mars.sing.185. & sing. 243. & mul-

ta.

a referuntur apud Ludou. Goz. in repet. l. 2. sub nu. 124. C. de pact. inter empt. Et denique comproba ex tex. in l. 3. in §. cum igi-
4 tur, ff. de ui, & ui ar. Iac. Menoch. consi. 28. num. 12. & seq. † Et ad defensionem congregationum factarum sine uenia seu licentia Dominorum semper confugito ad plenum Alciati resp. 103. & 108. nu. 8. lib. 5. Numquid homines &c. Qui temperat, & decla-
5 rat decis. Guid PP. sub nu. 631. in 3. dubio; † & quando congregationes sint licitæ, & quando prohibitæ, late tractat Affl. in tit. de pac. iur. firman in §. conuenticulas; Egid. Boss. in tit. de unionibus, & colligationibus; Vide etiam ad superiora, quæ scripsit
6 idem Aym. in cons. 18. num. 10. † Et quod in dubio congregatio præsumatur facta ob malam causam, ut in princ. responsi dicitur adde eundem Aym. consi. 35. nu. 7. Denique in hac materia congregationum uniuersitatum confugito ad cons. Iac. Menoch. sub nu. 28. qui auctorem nostrum in plerisq; locis citat, & Burs. consil. 65. & in materia congregationum idem Aym. consil. 224. ubi etiam notaui, & nouissime Rolan. à Valle in consilio 17. in 3. qui hunc locum retulit.

AD V. RESPON.

Nume. 1. & 2.

Vide Bursat. cons. 78. nu. 1.

Nume. 3. & 4.

1 AN † ius quæsitum alicui à Principe auferri posit, plenius idem Aym. disputauit infra consi. 135. nu. 19. & multis seq. Et in Pontifice ac beneficialibus idem Aym. late, ad quem confugies in tract. de antiq. temp. par. 1. uer. Non omitto; & infra consil. 296. col. 7. & seq. uer. uenio, & consi. 308. Et magis communis illa uidetur sententia, ut non liceat Principi absque causa rem alterius auferre, & sic nec directum, neque utile dominium; & hanc reg. eam ampliando, & limitando probat innumerabilibus authoritatibus Iac. Phil. (si is est) concl. 15. lib. 5. ubi de causa legitima auferrendi; cui adde Aym. nostrum cons. 241. par. 2. & consi. 276. nu. 7. Gram. decis. 65. & Nic. Bellon. cons. 2. Ioan. Ceph. qui idem
2 testatur, cons. 342. nu. 7. in quo auctorem refert. † Et nota declarati. Aym. num. 7. ubi constat principi tertium ius non habere in domi-

dominio alicuius rei de qua agitur, potest eo nō uocato auferre; quia non dicitur auferre sed declarare ius illi non competere; Adde prædictis Menoch. in tract. de recup. remed. 8. nu. 58. ubi multa; refertq; hunc locum Aym. † Et de iure quæsito ex sententia;
3 idem Aym. consi. 103 & consi. 172. nu. 3. & quòd possit restituere aduersus fatalia, uide infra consi. 266. Menoch. de Arbitr Iud. q. 52. & idem Menoch. qui hunc locum retulit, in cons. 1. nu. 122. Bursat. cons. 32. nu. 51. & sequen. Et de iure quærendo in futurum Aym. in relato cons. 135. nu. 7. & nu. 19. cum seq.

Nume. 8.

Adde recentiores in adnotat. ad constit. Egidian. nu. 150 qui
4 Aym. hoc loco retulere: † Sed de spoliato à iudice præter relatos ab eo, adde Aym. in consi. 18. nu. 8. & plenius in consi. 302. par. 2. Negus. in tract. de pignor. in 2. membro, tertiæ par. nu. 4. & seq. in quibus locis declaratur, quando iudex iudicialiter, & quando extraiudicialiter processisse dicatur; Denique Iac. Menoch. uide in remed. recup. poss. Remed. 8. qui rem latissime explicat, constituens regulam, Vt spoliatus Iudicis auctoritate non restituatur, quam temperat multis modis, Et in spoliato à Principe referens Aym. nostrum hic, & alibi sub nu. 50. & seqq. nonnullas facti species constituit ipsum legito, & uide infra consi. 302.

Nume. 12.

5 Reg. † Quod nemo in causa propria ius sibi dicat. limitatur à Mar. in singul. 405. & in l. si quis nec quęstio. ff. de quæst. & triginta octo modis limit. Matt. Affl. de pac. iura. fir. cap. 1. nu. 43. & seq. & vide infra cons. 232. num. 8.

In fine.

Adde quæ dicam, infra ad Respons. 23.

AD VI. RESP.

1 IN prima hæsitatione proposita, † Quòd maledicēs Principi nō incidat in crimen lęsæ Maiestatis, nec ea pęna puniendus sit, Probauit Iac. Menoc. de Arbit. Iud. casu 377. num. 14. qui, & hoc respon. refert, & in eadem opinione Gigan. in tract. de crim. læs. Maiest. In titu. qualiter, & à quibus crim. lęs. Maiest. commit. q. 40. in fi. Plag. in epit. delict. cap. 1. in fi. lib. 1. & Affl. in c. 1. in uer. & bo-

& bona commitentium nu. 104.uer. Sed iuxta hoc quæro &c.addo & Did.Couar.lib.1.uari. resol. qui in c.11.ante nu.6.hunc locum refert, & probat, & citat Card. Iaco. lib.1.de concil.pag.39.

2 Et† nota interpretationẽ eiusdẽ Menoc.in relato loco,ad l.uni.C.si quis Impera. maled. quæ (vt puto) non inarguta: Is enim contra Ang. Tiraquel. & Gig. in relatis locis ab eo, quibus addo Saly.& Alb. idẽ sentientes in d.l.uni.putauit maledicẽtẽ Principi ex temulentia,seu ebrietate puniri,sed & addidit leuius. Pro qua principiũ legis prædictæ considerari potest, quod respicit non solum modestiæ nescium & pudoris ignarum, & ex iniuria obloquentem, sed & temulentum, & ebrium., & inquit Imp.eum pœnæ nolumus subiugari,nec durum,uel asperum uolumus sustinere, quæ uerba prædicta respicientia necessariò intelligenda sunt,ut nec durum; nec asperum sustineant obloquentes à Iudicibus locorum sed tales, & sic per temulentiam obloquentes remittendos esse nõ negat.Pro qua interpretatione facit Glo.sing.in rub.de præpo.labo.& quæ scripsit Cęsar Cont. in l.diffamari in prin, nu.25.C.de ingen. & manu. qui, & Affl.in decis. suis citauit: Præterea uerba dictæ l.vnicæ in fi.hoc iubent,ibi, Vnde integris omnibus,& reliqua, Quæ uerba aut uis referre ad iudices. Et cum dicant integris

3 omnibus, scire debes,quod hi † Iudices dicuntur integri, qui non dum se astrinxerunt cuicũque rei,& integrum est arbitrium. Cic. pro Flacco,& ego me ad id,quod attulerit,integrum conseruabo, nihil ergo decernent Iudices,nec animi motum,aut arbitrium explicabunt,iuxta l.obseruandum, ff.de off.præs. Si uero malueris referre ad propositas causas,siue casus, consequenter dices,non omnes causas relatas principi referendas integras absq; processu, seu actorum diminutione. Pro qua interpretatione succurrit pulcher locus Plinij epist.126.Consules,ut Polienus postulabat,omnia integra Principi seruarunt, cuius cognitionem suspensus expecto. Rursus uerba illa in fine legis, vt ex personis hominum dicta pensemus,omnes casus relatos amplectuntur & hanc interpretationẽ sensisse uidetur Bar.in summa dictæ legis:Dicebat etiã Anto.Iac. I.C. & nepos meus ex fratre, Iuuenis (ni me sanguis fallit) magnæ expectationis,Imperatores illos,illa ratione motos,ut in oĩbus casibus expresis relationi sit locus,quia facile posset euenire, quòd Iudices,ut se Principibus gratiores redderẽt,& nomen Prin

cipis

cipis colere uiderentur, quid durum, & asperum aduersus oblo-
4 quentes facile decernerent. † Denique de his qui pontifici maledixerint, uide pulchrum tex. Diui Gregorij in ca. inter querelas. 23. quæst 10.4. & uide Alb. in di. l. unica, & c. 1. de maled. & relatos recentiores, & deniq; uide quæ dixi infra ad respon. nonum in fi.

Ad nu. 5. & 6.

Ad ea quæ habentur num. 5. & 6. ac num. 43. & seq magna est
5 hæc controuersia, † quando testis non sibi constitit, & uaria dixit testimonia, an primo, secūdoue dicto standum sit; Confugito ergo ad Iul. Clar. qui retulit Aym. hic, & plures facti species constituit, in Pract. in § fina. q. 53. uer. Prædicta autem omnia &c. & Did. Couar. Variar. resol. lib. 2. cap. 11. nu. 7. qui etiam Aym. refert, & Iac. Menoc. de arbitr. Iud. lib. 2. centu. 2. casu. 108. & Rolan. à Valle in cons. 40. nu. 5. & nu. 10. cum seq. vol. 1. qui & locum hunc retulit, hi. n. latissime omnium articulum disputando, & notando, quid magis receptum sit, referunt, & uide infra in con. 74 & cons. 75. num. 32.

Num. 12.

6 Nota, quòd ubi † agitur de probatione indicij ad torturam per unū testē, duo requiruntur, primum quod directo de maleficio deponat, secūdum quod sit oī exceptione maior, & inuulnerabilis, si autem de probatione indicij per plures testes, non oportet eos esse omni exceptione maiores, cum deponant de indicio remoto, ad de Rolan. à Vall. referentem Aym. hic, & reprobantem in cons. 24. num. 5. in 1. vol. & adde eundem Aym. in cons. 35. in fi. num. 19. & consi. 99. num. 4.

Num. 15.

Vide Burs. cons. 79. num. 11. Viui. in lib. Comm. opin. in uers. Testis dicens, & declara ut per eundem Aym. in consi. 65. num. 9. & sequen.

Num. 16. uer. Item periurij.

Refert, & alijs authoritatibus comprobat Rolan. à Valle cons. 57. nu. 20. vol. 4. & latè consil. 98. nu. 15. & seqq.

Num. 26.

Adde eundem Bursat. cons. 94. nu. 23.

Nu. 38. & 39.

Adde Prouerb. ca. 28. fugit impius nemine persequente, iustus autem

autem quasi leo confidens, absque terrore erit. Vnde maximum est innocentiæ inditium, cum quis se libertate priuat, & in manus curiæ dat, ut inquit Veron consil. 31. super homicidio &c. col. 4. Marsi. in Pract. in uer. diligenter, col. antepenul. Gram. in cons. 29. & nu. 32. & con. 61. circa fi. Boss. in tit. de mand. ad homic. nu. 26. & Franc. Bursat. in cons. 34. nu. 18. adde infra consi. 260. in fi. colum. penulti.

Nu. 55. & seq.

Confirma ex responso Soc. 118. col. penul. uer. postremo, uol. 1.
8 qui inquit, sicut plura adminicula ampliant † probationē iuxta scripta à Doct. in l. admonendi. ff. de iureiu. ita plures defectus ipsam destruunt. Quia quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito le. si ut proponis, C. de nupt. & probat Marsi. in consil. 101. nu. 12. & pulchrius sing. 385. Reiicitur namq; testis, ubi plures exceptiones patitur; probat & Roland. à Valle in consi. 24. num. 60. & seq. uol. 1. Quibus addes Gram. in consil. 35. num. 34. & consi. 45. num. 22. & consi. 58. num. 12. & consi. ult. nume. 9. & Franc. Bursat. in consi. 69. num. 25. & uide præceptorem meum, Paul. Paris. in hæresi loquentem, consi. 2. num. 85. uol. 4. & denique adde Roland. à Valle, referentem Aym. nostrum & probantem, in consi. 3. num. 48. in 3. uol. & citat etiam Aym. in consil 249. num. 11. & eundem consi. 260. col. pen. uersi. Non obstat, & omnino quæ addidi, infra ad Respon. 73. nu. 19. & seq. & uide consil. 287. nume. 3.

Num. 58.

Adde, quòd Hier. Gigas, in tractat. de crim. læsæ maiesta. lib. 2. titu. quom. & per quos, crim. læsæ maiest. probetur. q. 11. scripsit;
9 qui cum temperamento probat † testes periuros admitti in crimine læsæ maiestatis, & bene declarat tex. in relato, c. accusatus, in §. licèt, & tacitè respondet ad rationem Aymonis, quòd licèt zelus fidei in crimine læsæ maiesta. non consideretur, si tamen appareret, quod esset zelus iustitiæ in dicto crimine, concurrentibus relatis ab eo admitteretur; cuius sententia credo quod in praxi seruaretur: uerum Aymonis opinio forsan est uerior, tum propter relatā rationem, tum etiam quia in crimine læsæ maiestatis humanæ, nō
10 reperitur cautum quod periuri admittantur; † & bonum est argumentum, de crimine læsæ maiesta. ad crimen hæresis, quia argui-

C tur

tur de minori ad maius, contra uero de crimine hæresis ad crimen læsæ maiestatis. & uide eundem Gigan. in relat. tract. in tit. de plur. & uar. quæst. q. 15. & ad interpretationem, d. §. licèt, adde Paul. Paris. in consi. 2. num. 51. & seq. uol. 4. & not. ad confirmationem eorum, quæ dixit Aym. quod ait Giga. nisi aliud obstet; quasi dicat periurum non admitti, ubi aliud obstat.

Num. 64.

11 Nota, ne erres, dum hic auctor dicit, † Quòd inculpatio uulnerati inculpato non noceat, Bald. in relato loco, scilicet, in l. 1. nu. 33. C. comm. de legat. hoc non dicit; intellige ergo quod non noceat, ut faciat indicium ad torturam, & hoc est receptum, explosa Angeli sententia, ut inquit Gram. consi. 57. num. 13. & seq. Placa in epit. delict. lib. 1. c. 13. cuius autem ponderis sit hæc assertio uulnerati contra aliquem, latè explicat Clar. in pract. §. fi. q. 21. uer. assertio, & Rolan. consi. 37. nu. 19. in tertio. & ubi concurrunt alia indicia, 12 uide Gram. decis. 47. num. 7. † Quòd autem exculpatio offensi liberet à tortura, si sint legitima indicia contra reum exculpatum, hoc dixit Bal. relatus, & commēdat Ias. ibidem, & probat Gram. alios referendo in uoto. 24. num. 14. & uide, quid idem Gram. scripserit 13 in consi. . circa finem, inter decisiones; † Sed & hoc declarat, & tēperat Catel. Cott. in Memor. in uer. testator lætabiliter uulneratus, inquiens, curia nōn seruaret, si indicia essent urgentia, bonus tamē iudex cuncta indicia æstimabitur, & nō facile à sententia Bal. recedet.

Ad num. 69.

Adde Roland. à Valle consi. 1. num. 36. & sequen. in 3. uol. qui probat, & eundem Rol. in consi. 11. nu. 37. qui hunc locum etiam citat, & eundem Aym. in consi. 151. num. 18.

Num. 73.

Probat Rol. à Valle in consi. 45. num. 14. uol. 1.

Num. 79.

Adde Hier. Gigan. in tract. de crim. læsæ maie. lib. 1. Rub. qualiter & à quib. q. 14. qui refert Aym. hic, & eius sententiam, & authoritate & exemplo Andr. de Isern. regij consiliarii occisi comprobat.

Num. 84.

Adde Hyer. Gigan. in tract. de crim. læs. maiest. in tit. de rebel. q. 4. qui Aym. nostrum refert, & probat, & Ioan. Ceph. qui similiter probat.

probat conſ. 75.nu.17.& antecedenti uol.2.& adde etiam reſpon. Iaſ.non contemnendum ſub nu.86.in cauſa &c. uol.3.& circa me
14 tum,& reſpon. Areti. 14.† de eo qui promiſit per metum cum iuramento, ſi poſtea ex interuallo impleat promiſſa num cenſeatur purgatus metus; Vide Menoch.in conſi.1.nu. 298.& ſeq.nu. ubi locus iſte citatur, & declaratur.

Nume. 98.

Vide eundem Gigan. in relato tract.in tit. de pœn.com. crim.
15 lib. 2.q. 27.† & de mutuante pecuniam hoſtibus principis, uide tex.in l.cuiuſque. ff.ad l.Iul.maeſta. & quæ idem Gigas ſcripſit q. 34.lib.1.

Nume. 101. & ſeq. numa.

16 An † in uſurarium animaduerti poſsit, pœnaq; aliqua puniri, uide quæ ſcripſi in tract.de Mercat.par.1.nu.35.& ſeq.numeris,& adde Iac. Menoch.in trac.de arbit.Iud.caſu.398. ubi retulit Aym. hic,& reprobat, reſpondetq; rationibus,& argumentis; & ſanè in uſurarios animaduerti uidi non ſemel, & extraordinaria pœna pro modo admiſsi fœnoris; & hæc ſententia tanquam magis recepta,quam non ineleganter Menoch.defendit,tenenda eſt aduerſus impios & inhumanos, malosq; huiuſmodi homines à ciuitatibus reijciendos; & adde quòd hanc ſententiam probat plene qui-
17 dem Marqua. in ſuo eleganti tract.de Iudæ.par.prima c.11. † & an uſurarius probetur per teſtes ſingulares, diſtinctio Aym. hic, quòd in ciuilibus admittantur, non improbat à Domino Cæſare de Vrſil.in addi.ad dec.Matt.ab Afflic.dec.20.nu.9. ſecundùm tamen ea quæ idem Aym.ſcripſit infra conſil.73.ſed non in criminalibus ſub temperamento Philoſophico forte; reprobatur à Iaco. Menoch.de arbit.Iud.caſu 235.nu.24.& putat,ſi teſtes deponentes contra uſurarium non ſint conſequuturi aliquod commodum, quia pro tertio deponant, probent, unde ſi renunciarent omni cō modo quod ex cauſa poſſent conſequi probarent, & hoc caſu aliquorum ſententia admittatur; Si uerò in conſequentiam hi teſtes commodum ſentirent,idonei teſtes non eſſent,& ita procedat cōmunis opinio; de qua per Rolan. etiam qui hunc locum refert in conſi.95.num.14.in 4.& conſi.98.eod.uol.& uide Aym.conſ.73. nu.31.& ſeq.& quæ ibi notaui.eſt ergo,ſubiecit Menoch. cautela tollendæ dubitationis gratia,ut teſtes hi in actis omni commodo

renuncient; Quæ distinctio satis colorata aduersus pessimum hoc genus hominum non reiicienda, cum (ut subdit) ex indiciis, & coniecturis depræhendatur usurarius; licet dici posset non omnino huiusmodi testes idoneos propter præsumptum odium usurarum ab eis extortarum; Et uide quæ scripsit Iul.Clar.in pract.§. fi.q.53.uer.dixi etiam; & Aym.in consi.73.nu.52.qui ait, cum agitur deprobando quid in genere, idest consuetudinem fœnerandi, non autem actus particulares fœnerationis, admittuntur testes singulares, quod non improbat idem Aym.in consi.151.num.13. Et hanc sententiam probat Iaco. Phil. (si is est) in conclu. 34. uersi. Quartò infertur &c.& declarat Iul.Clar.ubi supra, & uide omnino Franc.Bursat.consi.117.nu.10. & Aym. nostrum in tract. de antiq.

18 temp.par.4.uer.sed enim, nu. 12. & seq. † Illud ego puto uerum, quòd non leuis iuris interpres Did.in relato c.7.num.5.lib.3.Var. resol.inquit; Si cum testimoniis singularium testium concurrunt aliæ coniecturæ, scilicet testificantium multitudo, aliaue præsumptio, tunc sufficeret testimonium testium singularium: & illud

19 † etiam non male dici posset contra pessimum hoc genus hominum; quòd licet testes singulares non probent, iuribus uulg. si tamen sint ita probi, & honestæ estimationis, quòd iudicem adducant ad indubitatam fidem, singularitatem illam curare non debet iudex, sed ex eorum dictis iudicare, ut inquit Caccial. in l.admonendi.num.91.ff.de iureiuran.dicens esse Castrens.dictum singulare, & notandum, commendat Mars.singul.114.Vulgatum, & tritum &c. & alios referendo hoc ad cœlum tulit And. Tiraq. in tracta.de pœn.temper.caus.51.nu.106. & Aym.noster in consi.73. nu.35.& seq.ubi Veron.& Cur. Iun.addit; tractat etiam quomo-

20 do probetur usurarius deci s.Pedem.72.† Et illud denique notandum arbitror, quod in hoc crimine usurarum quando aliæ probationes deficerent indiciis existentibus ad eruendam criminis ueritatem, cum causa usuraria habeat annexum delictum, ad quæstionem in subsidium iudex posset deuenire secundum Soc.in consil. 219.in fi.uol. 2. ubi explosa Angeli sententia dicit de hoc esse casum in c.grauis, extra de depos. & refert ac probat Soc.sententiam Rober.Mar.in suo spec.aur. par.4.uer.Nona distinctio, num. 45. & addit not. hoc quia fortè quilibet responderet contrarium; Vide igitur constit.Marchiæ c.12.li.3.iuncta l.edictum, ff.de quæst.

cum

cum pœna pecuniaria ex constitutione irrogetur; vnde maior esset pœna stante dicta constitutione in inquirendo, quàm in condemnando, Aym. consi. 41. in fi. & consi. 137. num. 11. Et illud est animaduersione dignum quod Aym. inquit infra in consi. 48. nu.
21 7. & seq. † quòd confessio super usuris non præiudicet, nisi aliter appareat de prauitate usuraria, citat Bal. in consi. 98. Bertonus &c.
22 lib. 1. Et uide alia ad hanc materiam, & præcipue † quando in dubio præsumatur contractus usurarius, & de indiciis, & coniecturis ad conuincendum usurarium Aymon. infra in consil. 73. & quæ ibidem addam, & consil. 156. & qui sit iudex competens in materia usurarum uide per Rol. à Vall. in consi. 95. uol. 4.

Nume. 105.

Vide quæ dicam, infra in consi. 157. nu. 109. Rolan. à Valle in consi 14. nu. 19. & seq in tertio, retulit hunc locum, & quodammodo mordet, inquiens illam esse rationem quare uasallus male tractans subditos feudo priuari possit, Quia abutitur dominio, quæ ratio interuenit in feudo emptitio sicut in gratioso, sed si uerum amamus, longa est differentia inter utrumque, & diuersa ratio, ut aiunt, reformat pactum; ut eleganter probat hic Auctor: subiecit Rolan. sententiam Aymonis non admittendam, quando feudum principaliter non esset emptitium sed gratiosum, quia in procemio concessionis appellaretur feudum gratiosum quæ declararatio non ita passim recipiendam puto, sed precij quantitatem præcipue spectandam puto & ipsum feudum, ut dignoscamus an sit, emptitium uel gratiosum principaliter, arg. glossæ. no. in l. semper. in stipulationibus, ff. de reg. iur. quam commendat auctor, infra consi. 310. col. fi. nu. 3. Cur. Jun. cons. 80 col. 2. & bene facit quod eleganter inquit Ias. in consi. 84. colu. 2 & seq. in 3. Illud enim in hac iuris nostri prudentia receptum est ut non ex appellatione & nominatione rei actus indicetur, sed ex effectu. l. insulam. ff. præs. uer. & pulcher tex. in l Lucius, ff. depo. nec enim ueritas & rei substantia ex hominum nominatione in mutatur, sed ueritas spectatur l. si forte, ff. de cast. pecu. l. cum falsa, C. de iu. & fac. ign. ubi ita scriptum, cum falsa demonstratione mutari substantia ueritatis minime possit, facit etiam quod inquit Barto. in l. Arist. nu. 2. ff. de dona & ad supradicta quæ late scripsit And. Tiraquel. de ret. lignag. Glo. 1. & enim num. 34 & seq ualde faciunt, ubi denominationem

non.

non attendendam multis probat: sed ueritatem actus considerandam, cui addo Gem. in Reg. de trien. q. 5. litera F. & litera E.

Num. 128.

Contra fiscum pronunciandum, & multa ad reprimendum auiditatem fisci, uide in fine consi. 280. colum. fin. & ad l. non dubito, ff. de iure fisc. declarationem, uide Dec. in c. ex literis, nu. 8. de proba. Negu. in tract. de pigno. in 4. memb. secundae par. num. 136. & seq. Ias. in consi. 99. ut ueritas, col. 2. & fi. in 1. uol. Dida. Variarum resolu. c. 16. lib. 1. & scio dictam legem repetitam.

AD VII. RESP.

Nume. 2.

1 COMPROBA † ex decis. Rotae. 116. licet causa, in antiquis quicquid dixerit Hyeron. Cagn. qui de dicta decis. non meminit, in l. 2. C. de rescin. uend. nu. 105. adde, quòd Aym. nostrum refert ac probat Iac. Phil. (si is est) conclu. 36. paulo ante primam ampl. lib. 1. & Burg. Caualc. in tract. de tutori. & cura. nu. 141.

Num. 3. & seq. numeris.

2 Quaestio fuit ualde agitata † an remedium, l. 2. C. de rescin. uendi. tollatur iuramento maioris. 25. annorum, & in plerisque locis à Doct. disputata, & uide praeter alios Aym. nostrum consi. 188. nume. 3. & seq. & in consi. 192. nu. 8. Sed illa est magis recepta sententia, ut tollatur; quod multis authoritatibus probat Hyer. Cagn. in repe. d. l. 2. num. 91. & multis seq. & Iac. Phi. conclu. 36. in 11. limit. lib. 1. qui data enormissima laesione temperat; quod nec improbat Aym. ut patet consi. 29. num. 4. & seq. & uide Iac. Phil. conclu. 32. lib. 4. qui refert authorem hic, & probat, & Menoch. consi. 1. num. 360. & seq. Sed & addes dominos de Rota, qui ante oculos
3 aequitatem habent † in casu enormis laesionis, non dico enormissimae iuramentum non curare, minusque clausulas consuetas à Notariis apponi, ut in eleganti, & plena decis. Cassa. in titu. de empt. & uend. & praedictis etiam addes Rol. à Vall. consi. 7. nu. 39. in 3. & seq. nume. & consi. 60. nu. 76. in 4. qui hunc locum refert Couar. in c. 4. lib. 2. uar. resolu. & eundem Couar. in c. quamuis, §. 4. 3. par. relect. qui relatam esse communē attestatur, & nu. 6. refert Aym.
4 hic in minore, inquiens † si minor contrahit iuramento praestito

solum

ſolum renunciare cenſetur beneficio ætatis minoris, non autem excluditur à beneficio, d. l. 2. & hoc receptum teſtatur in tantum quòd hoc caſu abſolutio à iuramento non ſit neceſſaria, & idem teſtatur Hyer. Cagn. in repet. d. l. 2. num. 103. & uide num. 107. & ſe-
5 quen. nume. † & idem iuris eſſe probat, ubi ſimpliciter iurat non
6 contrauenire, ut in nu. 111. Id etiam quod ait Aym. † ſi minor expreſſo iureiurando promiſerit ſe non contrauenire, nec ratione minoris ætatis, nec alia quacunque. non audiendum, & denegari beneficium dictæ legis. 2. cum redigatur minor inſtar maioris: eſt etiam à frequentioribus receptum, ut inquit Cagn. ubi ſupra, ſub num. 110. & idem referendo Aym. hic teſtatur Iac. Phil. in relato loco, qui materiam, d. l. 2. latè explicat, ad cuius materiam uide etiã Aym. infra in conſi. 151. in fine. † Sed nec illud tacendum eſt, quod idem Aym. ſcripſit, in conſi. 11. num. 10. & ſeq. numeris, quòd licèt tollatur dictum remedium ex iuramento maioris, ſi tamen eſſet læſio ultra dimidiam licèt non exceſsiua, & concurreret metus reuerentialis cum ea, ſuccurrendum eſſet filiis cum parentibus contrahentibus &c. adde omnino uidendum, infra reſponſ. 114. nume. 10. & 156.

Ad num. 7.

8 Adde communem eſſe ſententiam, † Quòd abſolutio à iuramẽto parte non citata fieri non poſsit, ut ex ea uires iuramenti lędantur, At ubi abſolutio conceditur limitate (vt ſolet) ad effectũ agendi, ſeu excipiendi tantum, partis citatio non ſit neceſſaria, & ita à frequentioribus traditur, ut late Rolan. infinitis authoritatibus probat in conſi. 13. vol. primo, qui ſubdit in fi. Aym. noſtrum hic bene declaraſſe, & hoc iure utimur in noſtra curia epiſcopali. Quibus addes And. Tiraq. in titulo ſeu Reg. Res inter alios acta, in 30. lim. qui ſequutus ordinem Felyn. in cap. primo, de iureiura. ponit reg. cum ſex declarationibus, & in uer. Ad hoc primũ &c. comprobat, quæ habentur hic nu. 8. & ſeq. &c.

Num. 10.

9 Adde eundem † Aym. in conſi. 103. nu. 3. & conſi. 135. nu. 20. & conſi. 171. nu. 3. & con. 241. nu. 12. quæ reſponſa, & locum hũc retulit, & probauit Meno. cõſ. 1. nu. 422. & Burſat. conſ. 78. nu. 15.

Nume. 11.

10 Quòd poſsit † obiici coram iudice laico per ſubreptionem, & obreptio-

obreptionem obtentam absolutionem à iuramento, & consequenter non ualere, & ad peruertendum absolutiones obtentas, & quando etiam sunt plura iuramenta, vide late per Paul. Paris. in consi. 43. num. 15. & seq. ac consilio seq. & consi. 96. num. 38. & seq. uol.

11 primo, & Gram. decis. 66. † Et quando est præfixum tempus solutioni ante lapsum temporis, petenda est absolutio; aliàs lapso termino tanquam periurus debitor audiendus non est; frustra namque legis auxilium implorat; qui in legem committit, ca. quia frustra, de usur. Feder. de Sen. consi. 300. in fi. & esse receptum plures referendo testatur Rolan. cons. 34. in primo vol. ubi prædicta etiā latè comprobat, & uide infra consi. 151. nu. 9.

Sub eo. nume.

12 Dum ait † maius uitium esse obreptionis in exprimēdo falsum, quā m subreptionis in tacendo ueritatem, de hoc uide quæ late addidi infra ad cons. 68.

Num. 15.

13 Recepta est hæc sententia, † ut remedium d. l. 2. cōtra tertium, & singularem successorem non detur, nisi eodem morbo laboraret secundus contractus quo primus, & emptor primus non esset soluendo, ijs. n. interuenientibus ex æquitate succurritur, ut inquit alios referendo Hyer. Cagn. in repet. dictæ l. 2. nu. 114. qui Aym. nostrum hic refert, & Did. Var. resol. li. 2. c. 3. in fi. probat Iac. Menoch. in cons. 63. nu. 12.

In fine.

14 Quod narrata † in supplicatione probanda sint, comproba ex ijs, quæ scripsit Paris. in consil. 51. nu. 10. uol. 4. Sed declarat hoc idem Aym. in tract. de Antiq. Temp. in prin. nu. 65. & seq. quando pponitur, Item in ijs, quæ narratiuè in rescripto continentur de consuetudine, Item declara in casu quotidiano locum non habere de quo Gomes. in Reg. de uerisimili notitia obst. qu. 6. & uide ad reg. Aym. infra consi. 104. num. 3.

AD VIII. RESPONSVM.

HVIC Portitori obiici solum poterat, quòd non idoneam, & integram nauim retinuerit, sed ueterem, si nauis retinendæ onus ad eum pertinebat, & non ad uadi Dominum, currusque

que cum bobus transuehi naui solitum erat, arg tex. in l. item, queritur, in §. si nauicularius, & l sed & addes, §. 1. ff. loc. l. tenetur, §. sed uas, & l. quicquid, ff. de act. empt. l. proinde, ff. de ędil. edic. l. si. §. si ea, ff ad l. Rhod. de iact. & dixi, in tract. de Naut. par. 3. nu. 10.
1 & seq. & in tract. de assecur. in gloss. 31 & priori loco tractaui, † & culpas enumeraui, quæ Nautæ obiici possunt & in quarta par. d. tracta. retuli Aym. hic, & declaraui quomodo deducenda, probandaque sit culpa; & quoniam multa, ac uaria scripsi in dict par. 4. ad hoc responsum pertinentia, sat sit locum retulisse, & illinc assumos quæ ad hunc locum attinent: & circa culpæ probationem, & ad cui tandam, adde eundem, inf. consi. 151. ubi multa notabilia.

Num. 4.

Refert ac probat Aym. nostrum Roland. consil. 45. nu. 31. in 1. Nota tamen ne te Rolandus decipiat dum reprobando Salyc. in l.
2 eos, C de fur. existimat, dictam † legem locum nō habere in eo, qui scienter res furto subtractas receptat non animo lucrandi, sed gratis, ut tantum seruiat amico, qui furatus est, id enim admittendum non est, & sententia Saly. defendi potest ex iis, quæ Ang. Io. Fab. Ias & Alb scripsere in l. 1. C. de fur. Quod ergo dicitur, furtum com
3 mittitur animo lucrandi, subaudi sibi, uel alij, sat est ergo † quòd scienter receptantes res furtiuas habuerint animum lucrandi amico, & hoc nota, & uide, quæ scripsi in trac. meo, de Assecur. gl. 39. num. 9. & adde, quæ scripsit Menoch. casu. 298.

AD IX. RESPONSVM.

Num. 6.

1 DE † teste inimico, & reconciliato quòd non sit idoneus testis, est tex. celebris in c. accusatores, 3. q. 5. & est communis opinio, ut referendo Aym. nostrum hic, & alios probat Did. Couar. pract. quæst. c. 18. num. 3. ubi eleganter declarat, l. Athletæ, in §. dat remissionem, ff. de excus. tut. qui tex. aduersari uidebatur communi sententiæ; adde etiam Iac. Menoc. de arbit. iud. q. 28. qui extendit regulam de teste inimico multis modis, & referendo hūc locum probat, adde etiam Iul. Clar. in pract. §. fi q. 24. uersi. Item quæro, & uer. seq. Item Rol. à Vall. consi. 24. num. 31. & seq. uol. 1. qui Aym. hic refert, & probat, & uide quæ scripserit Catel. Cot. in

memo.in uer.inimicitiæ, & ut alios omittam Gram. decis.86. ubi quod causa inimicitiarum sit probanda, & arbitrio iudicis relinquatur, denique adde Aym.infra consi.31.num.3.& Iac. Menoch. in consi.1.num.247.& seq.nume.

Nume. 12.

Refert, & probat Roland.consi.98.num.34.in 4.& uide infra consi.99.num.10.

Nume. 20.

2 Quod uerbum † ubi est dubium, & æquiuocum in pœnalibus accipiatur, vt pœna euitetur, uel minuatur, confirma ex his, quæ Alex.& alij scripsere, & præsertim Io.Crot.in le.1.nu.7.ff.de acq. poss.de uer.Auferri accusato de rapina, de accusato, quòd percusserit lapillo, & similibus quęstionibus: † Et illud non tacebo me au-
3 diuisse præceptorem meum Paul. Paris. dum interpretaretur dictam l. prim. publicè dicentem, non esse absoluēdum accusatum, quòd lapillo percusserit, ex eo quod proximis diebus Bononiæ euenerat, cum quidam impudens uir cum honesta muliere choreā duceret penem in manum immisit, & illa lapillo anulo incluso, quem in digito gestabat, penem ui præsit, traxitque manum solida ui, vulnusque non modicum intulit cum sanguine, Vir autem ille bonus præ timore, & honore, & tacitus Ferrariam se contulit egens Medico. Et Præceptoris sententia (ni fallor) uera est, nec placet quod Io. Crotus in relato loco scripsit, hoc casu anulo, qui potentior est, non lapillo vulnus illatum dici, immo, si uerum amamus, lapillo, nec enim anulus ad vulnerandum ex se aptus est, & nemo negabit nō esse factum vulnus lapillo, sed huiusmodi quæstiones ex maxima Iudicum imperitia euenire, nemo est qui nesciat. Adde etiam prædictis, & circa consi. Alex. hic relatum, quæ latissime scripsit Nicolin.in rubr.de nou.op.nu.nu.69.& in anteced. & seq.num.& Doct.in c.in pręsentia, de prob.& authorem in consi.244.numo.5.& seq.parte.2.adde etiam Rolan. à Vall.consi.11. num.40.& seq.in 3.vol.qui Aym.nostrum hic citat, & probat, & uide dictum responsum, in quo non semel Aym.citatur, & Franc. Burs.in consi.3.nume.23.qui refert Aym.hic, & declarat, & consi.90. nume.12.

Eod.num.& seq.

Ad illa uerba Egiptianus dicebat, Principem suum dominum ho-

hominum, accuſatus uero, Principem ſuum dominum hominũ, & beſtiarum, ſeu in ijs imperium habere, ſuccurrit quod in perſona militis glorioſi, in eunuc. Comicus ait, eò ne es ferox: quia
4 habes imperium in belluas? † Sed lector candide, ſi relata uerba facetè & lepidè ab accuſato dicta interpretarentur, forſan non male.
5 Dictio namque homo † aliquando accipitur pro uiro forti, & magni animi, ut apud Plaut. in epid. euge frugi es Epidice, bene pugnaſti, homo es. Vnde illud Comici, uirum te iudico, quaſi ergo accuſatus dicere uoluerit, Princeps tuus dominus eſt uirorum, at meus, & uirorum, & beſtiarum, hoc eſt hominum, qui participes rationis non ſunt, ſed beſtiarum inſtar, Vnde ſtupidi ſine ratione vulgò beſtiæ ſolent nuncupari: Et facit, quod ſcripſit Cic. ad Oppi. Homo ad differẽtiam belluæ dicimus cum intelligere uolumus ratione prȩditum non ſtupidum: Sed & illud in hac re eſt animaduerſione dignum, quod relata uerba non reſpiciunt Dominum, ſed ſubditos, ſi qua ergo ex relatis uerbis iniuria conſiderari poteſt aduerſus ſubditos nõ Dominũ cenſenda eſt. & quibus addo, quòd Cæſar. Vrſ. in addit. ad dec. Mat. ab Affl. 265. ſub nu. 69. ſimpliciter hunc locum retulit & probat, & Roland. conſil. 11. nume. 52. in 3. quem uide, frequenter. n. contingit, ut ſubditi obloquantur contra Dominos, qui memores eſſe debent, quòd de Dijs & principibus non eſt, niſi ſobriè loquendum, & illius ueteris adagij Bos in lingua, uide etiam quæ addidi ad Reſp. ſextum, in prin.

Num. 12.

Probat Rol. à Vall. conſi. primo, num. 38. in 3. vol.

AD X. RESPON.

VT legi hoc Reſponſum, moleſte quidem tuli, tantam auri ſacrã famẽ in ſacerdotẽ fuiſſe, vt cadauer ſepulturæ traditum exhumari petierit, ſed non hic primus, ut patet ex 200. referendis,
1 Placet tamen quædam circa ſepulturȩ materiam addere; † Corpora non exhumari Diuus Seuerus mandauit l. 3. §. non perpetuæ, ff. de relig. & ſumpt. fun. & inquit Martia. in l. ſepulchri, eod. titulo. Lapſum monumentum corporibus non contactis licere reficere, ſic enim in Pandectis legitur contactis, non contractis: † &
2 legitur in l. oſſa, eo. titulo, oſſa non licere domino loci effodere, uel

eruere, sine decreto Pontificum, seu iussu Principis, facit l.Labeo in §.prætor ait,eo.titu.& dicitur in l.fi.C.eo.Nemo hominum corpus ad alium locum sine Augusti affatibus trāsferat,in tantū quòd
3 corpus infidelis iudæi uexandum non est,c.sicut de iud.Et† de sepulturæ gloria,& honore multa scripsit Cassa. in sua Glor.Mundi par.2. Considerat.quinta,ubi de externorum ritibus etiam multa, & succurrit quod diuinus ille Maro cecinit in persona Polidori.

Quid miserum Aenea laceras, iam parce sepulto
Parce pias scelerare manus, &c.

Et idem Cass. in relato loco refert Inn.in c.cū liberū,de sepul.di
4 xisse,† sacerdotem spoliatū corpore iam sepulto non esse ante omnia restituendum,ne humanum corpus uexetur, & idem subiunxit, si ageretur per uiam attentatorum, quæ ex æquitate admittenda putarunt Domini de Rota,non autem iuris rigore, sub temperamento forte,ut in decis.853.in antiquis, sed uide ibidem Abb.qui eleganter loquitur, & disputat:Subiunxit tamen idem Cassa. plures Inno. sententiam reprobasse, propter relatam, l ossa, ff.de relig. Vbi decreto Pontificis, uel iussu Principis Domino loci licèt corpus extrahere tanquam iustæ sepulturæ nō traditum.l. diui,eo.
5 tit.† Sed & ad declarationem.d.l.ossa,uide Cro.in l.1.§.nunciatio, nu.19.ff.de op.non.nun.qui inquit, non ratione religionis scilicet Domino fundi non permitti corpus in fundo suo sepultum exhumare; Nam cum Dominus non assensisset sepeliri in loco suo;locus non erat religiosus effectus,l.2.§.si sepulchrum.ff.e.§.religiosum Insti.de rerum diui. Sed ratio tex. est quia corpus semel sepulturæ traditum non potest exhumari sine permissu Principis,l.fin.
6 C.de relig. si † enim propria authoritate exhumaretur fieret, cadaueri iniuria & hæredi Defuncti actio iniuriarū competeret l.j. ff.de iniur.Actio ergo iniuriarum proficiscitur ab exhumatione facta sine permissu Principis.Vnde Paul.Castr in l.inuito,C.eo.qui ait,Dominum posse propria authoritate exhumare,lapsus est,oblitus, d.l.ossa. quam l. subiecit posse intelligi, quando corpus fuit sepultum in loco alterius de uoluntate Domini,& iusta subest causa, quòd nō moueatur cadauer,iuxta l.1.C.eo.Nam dn̄s facere nō pōt sine iussu Principis: Quæ interpretatio extranea est,& uerbis non congruit, & merito subiunxit, non posse exhumari propria authoritate quia auferretur electio data inferenti, ut uel corpus

exhu-

7 exhumet, uel pretium loci domino soluat l.is qui.ff.de relig.† Sed lector candide considera, nũquid distingui possit, Aut loquimur de persona, quæ mortuum intulit in alienum locum, Aut de persona, in cuius locum est illatum; Primo casu serua legem is qui, ut in manu sit inferentis, uel pretium loci præstare, uel tollere, quod intulit sine iussu Ptincipis; Secundo uerò casu sine decreto Pontificis, hoc est episcopi non possit, quasi lex iudicauerit maiori caritate, & studio magisque piè exhumationem fieri, ab eo qui intulit, quàm ab eo, cuius in locum illatum est, vel dicẽdum quòd lex ossa quæ subsequitur l. is qui, ad declarationem dictæ legis subiecta sit, ut semper Pontificis decretum requiratur, quod probat text. in d.l.fi.C.eo. dum dicit, Nemo humanum corpus &c & facit l.fi. ff.de mort.infer.& hãc probo. Dicet aliquis quorsum hæc? Vt habeatur relatarum legũ interpretatio, & exercendi ingenij gratia, & ut intelligas hoc responsum Aym.nostri me declarare, quod Põtificis decretum in exhumando requireretur; Atqui huic declarationi obstat l.diui.ff.eo. in illis uerbis: Ne iustæ sepulturæ traditum corpus inquietetur, à sensu contrario, dicerem, decretum Põtificis nihilominus necessarium, fuit, namque conditum terra cadauer in ecclesia Adestrorum tanquam perpetuæ sepulturæ; & ut sedem ibi, haberet & prædicta cõprobari possunt ex ijs, quæ scripsit Ripa in suo eleganti tract. de Peste, tit. de Remed.præseruat. nume. 143 .&.seq. ait enim. Quoniam insepulta corpora locum cõtagiosum reddunt le.2.§.idem ait.ff.nequid in loc.pub.credit iura concedentia sepultos exhumari posse uel debere, ut in ca.sacris, de sepul.debeant sane intelligi. Primò quòd faciant decreto pontificum, l.ossa, pręal. Secundo dummodo exhumati illico sepeliantur, Et ad materiam huius Responsi adde tex.in c. ex parte, & ca.cum liberum, de sepult.& c.primum, eod.titu.in 6. Quibus addendum est, quod in pulcro casu respondit Castren.in le.apud Iulianum, in
8 §.constat.ff.de leg.primo.† Cum quidam Doctor testamento suo grauasset hæredes sub pęna priuationis hæreditatis quod corpus suum Ferrariæ sepultum ad ciuitatem Parmæ statuto tẽpore trãsferrent, si hoc hæredes non fecissent, in pęnam propterea non inciderint, quia talis corporum sepultorum translatio sine principis iussu, & consensu fieri nequit d.l.fi.C.de relig. & citauit tex.in l.2.in §.tractari.ff.ad S.C.Tertul. Quibus addes, quæ Seruius Sulpic.

pic. de Marcelli morte ad Cic. ſcribens inquit; Ab Athenienſibus locũ ſepulturæ intra Vrbem ut darent, impetrare non potui, quòd religione ſe impediri dicerent, neque tamen id antea cuiquam con ceſſerant, & eſt in lib. 4. epiſt. famil. Ciceronis.

9 Denique huic rei addendum puto tam † fauorabilem eſſe ſepulturam, ut poſtulantibus creditoribus, & oſtendentibus credita inſtrumentis guarantigiæ, aut cameralis obligatus, ne cadauer de

10 bitoris ſepelliatur; ſepultura tamen non ſit deneganda; † ſequeſtratio namque cadauerum in quibuſdam locis ſolita, improbata eſt, idq; receptum eſt exploſa Ang. & quorundam ſententia, tanquam impia, & inhumana, ut eſt pulcher tex. in l. cum ſit iniuſtum, & auth. ſeq. C. de ſepul. uiol. Quid enim inhumanius quàm cadauer inopis debitoris præcipuè Chriſtiani inſepultum detineri? Non ne humare mortuos inter opera miſericordiæ anumeratur? & merito Angeli ſententia reiicitur, vt late per Gram. deciſ. 82. Couar. qui alios refert, Var. reſol. lib. 2. c. 1. Quibus addo Menoch. de arbitr. iud. caſu 387. nu. 20. qui etiam de hac re aliqua; Matt. Arimin. in tract. de ceſſ. bon. q. 3. nu. 8. Marant. in ſpe. aur. par. 4. uerſi. Vndecima, nu. 32. qui tantum Ang. refert, & non improbat.

Nume. 11.

Rolan. à Val. conſ. 59. nu. 14. in 4. uol.

AD XI. RESPON.

IN hac prima dubitatione adde eundem infra conſ. 127. nu. 5. & omnino præceptorem meum Goz. in conſi. 98. in hac cauſa, in primo dubio; Pariſ. in conſ. 24. lib. 2. Did. Couar. in c. quamuis, de pact. in 6. initio ter. par.

1 † Et quoniam materia huius reſpõſi longum requireret tractatum, locorum relationibus contentus ero; Igitur præter loca citata, & ad materiam, & declarationẽ, d. c. quamuis, adde Dec. conſi. 180. & ſeq. & nota dicta reſponſa eiuſdem Deci. conſil. 379. in ulti. dubio, & conſil. 616. & in l. pactum quod dotali, C. de coll. Affl. in cap. ſi quis inueſtitus, de feud. dat. in vi. Soc. in reg. 150. Et in læſione enormiſsima eundem Aym. in conſ. 114. nu. 9. & per totum, & Iaſ. declarantem in conſ. 133. uol. 4. Videretur &c. & omnino Alexand. declarantem authoritates in articulo, in conſ. 12. Viſis &c. And. Tiraq. in l. ſi unquam, in præfat.

fat.nu.150.C.de reuoc.don.Parif.in confi. 26.pactum &c. uol. 3. & confi.69.eo. uol.& conf.96.uol.1.Cur.Iun.confi. 53.num.9.& feq.& conf.141.Cap.Thol.q.459. & feq. Petr.Duaren.Reg.130. Iac.Phil.concl.32.lib.4.Alciat.confi.115.lib.8.Tho.3.Burfat.con fi.75.nu.3.& feq.qui citat Aym.noftrum hic.

Nume. 2. & 3. & feq.

Iac.Menoch.conf.6.nu.20.& adde quæ dicam infra confi. 42. & omnino uide Aym.infra confi. 142.

Nume. 14. & feq. & antec.

Adde Iac.Menoch.in tract.de arbitr.Iud.cafu 149.qui Aym.no
2 ftrum citat hic,& alibi & probat;† lateq; explicat, quando dos dicatur congrua, ad illum ergo confugito, qui plures facti fpecies conftituit,& eundem Iac.Menoch. in confi. 8.

AD XII. RESPON.

1 NOTA † quòd iuramentum obligat præcisè ad factum, ut per Glo.in l.fi pecuniam,ff.de cond.cau.dat.quæ uulgaris, & fingularis eft, & hæc fententia à frequentioribus eft recepta,ut complures teftantur, de quibus meminit Eman. Suarez in The.re cep.fent. in uer. Iureiurando,nu.335.Quæ fententia tanquam recepta defenditur late à Did. Couar. in capi.quamuis.§.4.num. 6. de pact.& quoniam hæc fententia limitatur eleganter quidem ab
2 Aym. noftro.† Quando factum illud pofsibile eft; & qui promifit pofsit facere,alias liberetur, uel præftatione pœnæ,uel intereffe: Hæc limitatio tanquam fingularis,& noua quodammodo notanda eft, quam refert & probat idem Did. in relato loco, & Iac. Menoc. in conf.27.nu.51.& Ant. Gabr.in tit.de iureiuran. concl. 8.num.fi.lib.2.fuarum concluf.ubi Aym. hic retulit, & probauit. Sed & addes,quod præceptor meus Goz.in repet.l.2.C.de pact.inter.empt.nu.59.& feq.inquit,obligatus reuendere foluendo intereffe liberatur; Limita, quando in promifsione de uendendo effet appofitum iuramentum,quia fi poteft adimplere,cogitur præcisè. nam Glo.in l.fi pecuniam,recipitur communiter, & notatur apud eum, & idem fenfit Cagn.ibidem fub num. 129.& feq. inquiens;
3 † Secundò limitatur, ubi pactum de reuendendo iuramento firmatum effet, quia cogeretur reuendere, remq; tradere, fi rei tradēn-

ræ facultatem haberet; absque enim iuramento certo certius est in promissione facti succedere obligationem ad interesse, l. stipulationes non diuiduntur, uer. Celsus, ff. de uerb. obl. ut hic per Auctorem, & uide multa Doctorum loca relata à Tiraq. de retract. conuent. §. 1. nu. 60 & omnino uide Cepha. consi. 41. in fi. uol. 1. qui auctorem refert & declarat.

Nume. 5. uer. uenio ad personam.

4 Quæstio hæc an † fundus uenditus sub lege redimendi possit à quocunque possessore oblato precio uendicari, difficilis est, & doctores in diuersas sententias distrahuntur, Alex. sententia negatiua, quòd ex tali pacto oriatur tantum personalis actio, quæ in singularem successorem non datur, est communis, & magis recepta ut patet ex ijs quæ scripsit Hyer. Cagn. in l. 2. num. 133. & q. 3 c. C. de pact. int. empt. & testatur Cat. Cot. in Memorab. in uer. pactum de retrouendendo, & Cur. in consi. 10. lib. 1. inquit, in iudicando diabolicum esset à sententia Alexandri recedere; Pauli autem sententia non caret magna æquitate; & habet etiam sectatores non paucos, quos refert idem Aym. consi. 201. Tiraq. in tract. de retr. conuent. §. 1. Glo. 7. num. 7. & Glo. 1. §. 3. præter ea quæ scripserunt Boer. Neuiz. Alciat. & Did. Couar. lib. 3. Varia. resol. cap. 8. nu. 3. uer. cæterum; quos refert Iac. Menoch. in cons. 63. num. 14. ubi magnum uerbum subiecit, Pauli Castr. sententiam ueram, & receptam; & habet singularem legem, si cum uenderet, ff. de pign. act. considerando etiam, quòd si illud pactum factum à creditore debitori prodest, quanto magis ab ipso uenditore factum prodesse debet? & illa uerba tex. liceret ei recipere rem suam, necessariò manus iniectionem inferre non uidentur. Recepta ergo Alexan.

5 † sententia quam late probat tanquam receptam Hiero. Gabr. in consi. 66. quod responsum plenum quidem legito, & temperat nisi esset pactum resolutiuum contractus, nota pulcrum remedium ut citetur tertius possessor si sua putauerit interesse in iudicio moto per uenditorem contra emptorem; si enim comparet, & litem prosequatur, sententia lata contra emptorem executioni demandabitur contra tertium possessorem, ut per Deci. consi. 187. colum. 2.

6 † Quòd author noster ait, saltim admittendum data scientia pacti prædicti secundi emptoris, & refert ac probat Deci. & Aym. sententiam Iac. Menoch. cons. 63. num. 25. & qui probat ex doctrina

not.

7 not. Paul. Castr. in l. cum filius, circa fi. ff. de uerb. obl. † Qui ait, sententiā latā contra unum posse mandari executioni contra tertium possessorem citatum cum clausula, quatenus si sua putauerit interesse, quod intelligendum est, ut dixi, quando comparuit, & litem prosecutus est; Non enim citatio cum relata clausula arctat ad comparendum, uide Castr. in l. cum filiusfam. ff. de uerb. obl. circa finem princ. & declara scripta ab eo, ut supra. Nam si non compareret, sicut citatio non arctat, ita & sententia contra eum ferri non potest, ut per Fely. in c. cum inter, nu. 26. de excep. qui citat decis. Rotæ; Refert ergo an citatio sit simplex uel sub relata forma, ut per Cat. Cot. in Memor. in uersi. citatio. Declara etiam supra dicta ut per recentiores in l. fin. C. de edict. diu. Adr. tol. & Alexan. in l. sæpe nu. <. & seq. numeris, ff. de re iud. Goz. in consil. 103. nu.
8 10. & seq. † Vt ergo tu qui uendis cum pacto de reuendendo difficultates fugias, sis cautus, quòd emptor promittat fundū non uendere, & si contra fiat, alienatio sit ipso iure nulla, & fundus sit inemptus, & reserues pro pacti obseruatione hypothecam in dicto fundo, si enim fieret alienatio, nulla esset l. si creditor, in §. fi. ff. de distr. pigno. & alios referendo probat Cotta ubi supra in uer. pactum de retrouendendo; Qui ait, laudo si addantur hæc uerba; Et eo casu nullum intelligatur translatum dominium, neque possessio, uide etiam circa cautelas & ad fugiendas diuersas sententias additit. ad deci. Afflict. sub nu. 163. subiunxit etiam Soc. in consi. 80. col. 2. uer. Vel etiam, uol. 3. sensisse sufficere obligare omnia bona pro obseruatione contractus, quod ipse non firmat; & tu uide Hyero. Cag. in d. l. 2. C. de pact. int. empt. nu. 136. & seq. q. 31. & Menoch. in dicto consi. num. 17. Et adde prædictis, & ad relatas cautelas Cassa. in consi. 11. nu. 55. & seq. numeris, Cag. ubi supra,
9 qui † specialem hypothecam esse necessariam ex communi sententia, ait, cum pacto de non alienando, ad impediendū dominij translationem, Guid. Pap. q. 569. Denique adde circa prædicta, & pactum reemendi, seu redimendi rem in tertium translatam, quæ idem Aym. scripsit infra in consi. 201. quod est primum, in 2. uol. Rol. à Vall. consi. 56. num. 13. lib. 1. Iac. Menoch. in dicto consil. 63. quod uideas, quia in materia satis est auctoritatibus refertum. sed & addes, quòd Io. Cepha. referendo auct. hic & in consi. 1. in secūda par. inquit Aym. sententiam esse communem, & locum nō

habere, ubi in instrumento promissionis de reuendendo esset appositum iuramentum, quia secundum eum iuramentum operatur ne res ipsa in secundum emptorem alienari potuerit, quod non est sine hæsitatione, cum iuramentum non addet sed magis ad factum astringat, ut in l.fi.C.de non num. pe.& contrarium sensit Hiero.Gab.consil.66.superius relato, nume.21.subiunxit & illud quod noster Aym. inquit iuramentum tunc obligare præcisè ad factum quando factum illud possibile est posse admitti, quum impossibilitas esset causata absque culpa primi emptoris, uel ubi ageretur contra primum emptorem, qui rem non habet, secus, cum agatur contra possessorem quod est contra communem, ut dixi, quòd aduersus possessorem, non obligatum agi non possit, & aliam declarationem non puto admittendam ex relatis, etiam si impossibilitas esset causata facto primi emptoris, uide etiam quid dixerit idem Ceph.consi.40.in secunda par.

AD XIII. RESPON.

1 NOTA hoc responsum; † Quotidie nanque contingit, quod aliquis deferat curiæ delictum aliquod, immo sunt secreti delatores à iudicibus stipendiati, qui facta delatione clandestina, ut testes examinantur; & plerunque affirmant, finge Titium blasphemasse, aut aliud facinus admisisse, uel scelus confessum præsente Mæuio & audiente; Nam si Mæuius neget actione iniuriarum per inquisitum agi non potest, quia præsumitur inuitus deferens deposuisse; nisi sit de personis priuilegiatis, qui testimonium dicere non cogantur; & est pulcrum Bal.responsum sub num.351.hic relatum: Adde igitur prædictis quod Alex.inquit in consi.34.nu.4.in 3.uol.ubi refert Bal.in l.testium,in 4.col.uer.Modo hic insur
2 git,C.de test. † Qui ait, si unus testis dicat actum fuisse factum in præsentia Titij, & ille negat se interfuisse in illo loco; necesse est dicere, quod alter eorum mentiatur, & datur uia iudici inquirendi contra eum; & subiungit; hæc contrarietas facit ut neutri eorum credatur. & no.Io.And.& magis com.Doct.in c.in nostra, de test. & in addit. ad Specula in titu.de testi.§.iam de interrogatoriis, in
3 addit. incipiente. Item caute &c. & addit † propter talem contrarietatem, aut singularitatem unus testis diminuit fidem alterius

adeo

adeo quod non est locus delationi iuramenti; & hoc casu minus probatur per multos, quàm per unum solum; & idem probat Alexan.in consi 43. nu.14.uol.4.& refert ac probat Gram. in consil. 38.in fi.& cons.26.nu.21.Quibus addo Diuum Tho.ad hebræos, 10.in commentariis,in uer. uoluntariè sub litera C. Quæ declarari possunt ex his quæ scripsit Deci.in consi.163.col.antep. Quia ergo datur uia iudici inquirendi contra tales, nota scripta ab Aym. nostro,qui docet,quid articulandum probandumq; sit ab ipso inquisito seu inculpato, quod sponte se obtulerit ad dicendum testimonium, & inimicitias inter eos, uel delatorem publicum, & si-
4 milia; tene ergo memoria: † Et quando testis negat se deposuisse prout à Notario scriptum est, uide præter relata loca Iul. Clar.in pract.§.fi.quæst. 53.uers. Quintus est casus &c. & Menoch. qui refert authorem,& probat in cons.67.num.fin.& eundem Clar.in pract. §.falsum, uer.conuincitur &c.

AD XIIII. RESPON.

1 ADDE † plenum resp. Rol.à Vall. 30.libr.2.qui Aym. nostrum citat bis ac probat,ad quem in materia confugito,& ad Iul. Clar.in pract.§.fi.q.2.& omnino ad materiam, & scripta à Rol.uide Capel.Thol.q.22.& Stef.Aufre.apud eam; Tiraq in ti.res inter alios acta,pag.6.uer.cui proxime, ac eundem Aym.in consi. 58.& cons. 220. nu,7.& sat sit ad materiam hæc loca recentiorum retulisse,ex quibus alia ad materiam facile haberi possunt.

Num. 4.

2 Adde † Iac. Menoch.de arbitr. iud.lib.2. casu 18. qui refert authorem nostrum,& eius sententiam aliorum authoritatibus comprobat,& uide omnino Rot.Bonon.decis.75.presertim num.4.& 5.& eundem Iac.Menoc.cons.28.nu.28.

AD XV. RESPON.

HOc respõsum multa notabilia,& in vsu quotidiano cõtinet, & non caret subtilitate:sed prima fronte respondendum videbatur pro Chaterina,& contra Glaudium,ut inscriptio ante re-
1 sponsum per errorem facta indicat.† Nam legata,& reseruationes

facta & factæ, pure facta uidebantur. Verba enim illa, Petrus reliquit Claudię filię florenos centum cum uestibus nuptialibus soluendos tempore nuptiarum. Item reseruationis verba illa, Reseruatis scutis quinquaginta pro dicta Claudia, quas pecunias solui uoluit quando matrimonio collocabitur, non sunt adiecta substantiæ legati dotis, nec rei substantiam respiciunt, sed eius executionem, & præstationem demonstrant, respiciunt namque facultatem quandam ad nubendum, & diem nuptiarum ostendunt, quo casu legatum dicitur purũ, Bal. con. 286. super primo puncto &c. in tertio puncto, lib. 3. Soc. in consi. 92. col. 5. uersi. confirmatur hoc &c. lib. primo, quæ comprobantur authoritate eiusdem Aym. in cons. 101. vbi refert Bal. in cons. 249. An legatum &c. li. 4. in quo Baldi responso est exemplum, quando præstationi uerba adiecta censeantur. Verum Aym. nostri sententia defendi posset ex ijs quę subiunxit, sub num. 3. & confirmatur ex ijs, quæ ex facto consul-
2 tus ait Ruy. in consi. 58. nu. 7. vol. 4. † Legatum dotis, quod testator præstari, & solui iussit filiæ, quando nuptui tradetur, est conditionale, quia illud aduerbium temporis, scilicet quando, facit cõditionem l. quod pupillæ, ff. quando dies leg. ced. Et licet sint apposita executioni: quia tamen ex illis adijcitur tempus incertum, scilicet
3 nuptiarum totam dispositionem faciunt conditionalem, † sicut dicitur de dictione cum, adiecta executioni d. l. quod pupillæ. Bart. in l. Titio centum, in §. Titio genero, in fi. ff. de con. & demon. hęc ille. & adde quæ dicam infra ad rem consi. 101.

Ad num. 5.

4 Vnũ etiã addo, † quòd si donatio facta à Caterina Claudio genero nõ includebat bona futura, & sic iura socrus obuenta ex persona filiæ, & pater filiæ legitimã non reliquerat, legatũ factum ab ipso patre purum iudicari, & dilatum ad nubilem ætatem, unde grauamen non recipit, qualitas namque personæ filiæ facit legatum purum, quod aliàs erat conditionale in ea quantitate, quæ est usque ad legitimam le. quoniam in prioribus, C. de inoffi. testam. Quinimo ex sentẽtia Bar. in dicto §. Titio genero ex præsumptione defuncti grauamen adiectum non intelligitur, & uideatur Bal. in relatis consilijs, ac etiam Soc. Vnde Caterinæ pro dicta portione à patre Claudiæ filiæ relicta ius competit; Quod forsan considerans Aym. confugit ad ea, quæ habentur in uer. Quartò considero,

dero,

dero, ubi nititur probare verba donationis, & hoc comprehendere,
5 † Et hæc uera contra authorem circumscriptis statutis excludentibus fœminas, quibus stantibus, uide quæ plene scripsit Alb. Brun. in tract. de stat. fœmi. art. 11. qu. 2. Roland. à Vall. in consi. 63. num. 17. lib. 4. qui hoc responsum refert, & alia auctoris, quibus adde, quæ dicam infra ad consi. 101.

AD XVI. RESP.

QVONIAM rei demonstratæ frustra additur demostratio, vt inquit I.C. in l. 1. ff. de dot. præleg. & inquit Soc. in l. certũ ff. si cert. pet. & Soc. Iun. in consi. 22. in 2. & Rolan. in cõsi. 7. in 3. uol. Nihil ad primum articulum addam, solum dicam & docte & eleganter Bar. & communem sententiam (vt opinor) ab Aym. nostro defensam. & uide infra consi. 19.

Num. 5. circa fi. ibi, Cum habeamus Rotæ Rom. &c.

1 Quanta † sit Rotæ Romanæ authoritas, liquet ex ijs quæ habẽtur per Doct. in lc. 1. ff. si cer. pet. Gomes. in procem. Reg. cancell. uersi. quarto pro ista, pag. 17. & seq. Hier. Grat. consi. 22. in fi. & nouissime Mandos. in prima commissione, in uer. Causarum Auditoribus.

Num. 10.

2 An † liberis primi gradus fructus imputẽtur in quartũ, cũ duæ quartæ ueniunt detrahendæ; Adde quod idem Paul. Castren. in alijs plerisque locis idem sensit, ut fructus imputentur in Trebel. ubi quartæ detrahuntur, & præcipuè in l. mulier. in §. cum proponeretur ff. ad S.C. Treb. & in l. quod de bonis, in §. fructus. ff. ad le. falc. Pro qua sententia Coza. alios refert in consi. 45. Visis &c. nu. 22. & seq. & præcipue idem sensit Cur. sen. in consi. 51. nu. 27. & in dicto §. cum proponeretur, apud Alex. Comentarios, fuit & Ias. in eadem sententia relatus ab alijs citandis, & secundum hanc sententiam uidi consultum per D. Guil. Pontan. in ciuitate Asculana, qui dicebat hanc sententiam communẽ, & fuisse secundum eã iudicatum, citauitque Dec. in consi. 48. nu. 13. Præcipueque citatur tex. in lc. iubemus, considerando uerbum dodrans, C. ad Trebell. Quibus addes Paris. & Picum relatos à Iul. Clar. in §. testamentum q. 61. uer. Sed retenta, & uer. seq.

3 Sed

3 Sed si uerum amamus † cum Paulus, & quidam alij non sibi cõstiterint, dicendum est saltim hodie magis communem esse in contrarium, ut fructus non imputentur, idque liquet ex relatis late à Rolan. in consi. 12. in ulti. dubio nu. 8. in primo vol. & consi. 30. nu. 6. & seq. eo uol. Vbi respondet post alios considerationi factæ de uer. Dodrans, & inter alios refert Cassa. in titu. de testa. decis. 2. Claud. Seis in d. § cũ proponeretur, late disputantẽ & respondentẽ
4 contrarijs, qui tẽperat, † ut locũ habeat, quãdo restitutio fit descẽdentibus, non antẽ extraneis, & transuersalibus; Quod temperamẽtum licèt magis receptum affirmet, non tamen caret magna dubitatione, propter rationes ex aduerso relatas, Quinimmo nõ admittẽdum uidetur, ut multis authoritatibus probauit Menoch. in trac. de arb. iud. lib. 2. casu 256. nu. 32. & seq. nu. qui receptam sententiã conrra Paul. probat & extendit ad casum proxime relatum, ut fortius locum habeat, quando filius grauatus est extraneis restituere ad quem confugito, qui ampliat, & restringit principalem articulum, non tamen meminit de Rolan. ubi supra, & idem testatur Frã. Viu. in lib. comm. opin. in uer. Hæres rogatus &c. adde Cassad. in titu. de testa. decis. 2.

Num. si.

5 Magis † recepta uidetur illa sententia, quod in liberis primi gradus trebellianica prohiberi non possit, ut patet ex relatis DD. locis à Iul. Clar. in §. testamentum q. 61. uer. Non potest negari Rolan. in d. consi. 12. nu. 6. & sunt multa respõsa Soc. Iun. relata in quibus idem affirmat, nec non & præceptoris mei Paul. Paris. Vide tamen Cassado. dec. 4 in titu. de testa. sunt & aliæ recentiores Rotæ Rom decisiones adde omniuo quæ latissime scripsit Fran. Marza. in epi. in materia fideicommissariæ, in uer. Trebellianica, ubi refert dec. Rotæ in contrarium, & affirmatiuam probat, sed in articulo uide quæ latissime Rolan. scripsit in consi. ;. lib. 4. Vbi magis communem esse affirmat facta denumeratione Docto. quòd prohiberi non possit.

AD XVII. RESPON.

Qvoniam ut Curtius Iun. inquit in consi. 43. nu. 5. & Alexandrin. in consi. 2. num. 24. & consi. 7. num. 3. ad hæc deuenimus tempora, ut authoritatibus magis, quã legibus & rationi-

rationibus certandum sit, de qua re miratus, & ualde stomachatus
1 secum est Aym. noster in tract. de antiq. Temp. par. 4. nu. 8. † Adde hunc articulum latissime disputatum per Rolan. à Vall. in consi. 27. in primo uolu. qui alios doct. secundum hanc sententiam refert; nec non Aym. nostrum, & quod non perdatur trebellianica propter non confectionem inuentarij, sententiã esse magis piam, magis communiter receptam, & à consuetudine approbatam inquit sed & addes Soc. Iun. in consi. 88. nu. 7. vsque in fi. qui commendat
2 rationes Aym. nostri hic, & idem latius testatur in 4. volu. † Non omitto tamẽ quod Franc. Viues probat magis com. in contrarium in lib. commu. opinio. in uer. hæres. ubi Aym. nostrum hic malè citauit ac decisi. Cassa. 3. in tit. de testa. ex qua liquet, quod prima sententia à Rota Romana probatur, cui inhærendum opinor, & quia omnibus argumentis, & rationibus Aym. non memini me legisse quemquam respondisse, & uide etiã quid nouissime dixerit Bello. in consi. 64. num. 4. & Emanel Suarez in Thesaur. recep. sent. in uer. hæres hæreditatis uniuersæ &c. & in uer. Inuentario non cõfecto, & in uer. Trebellianicam quartam, & certe eget hic artic. decisione imperiali, in quo uel prout expedit Doctoribus, uel ex animi sententia absq; ueritatis cognitione disponatur, & adde quæ late habentur in dec. Pedamon. 147. & in tracta. de Inuent. per Rolan. & adde eundem Aym. infra consi. 219. ante nu. 7.

AD XVIII. RESPONSVM.

1 HOc responsum † decimumoctauum refert ac comprobat Io. Bapti. Plot. in repe. l. si quando. C. und. ui. nu. 286. uer. & quamuis, & melius sub num. 295. uer. undecimo. Et admittendum arbitror, ut ex circunstantiis relatis pœna temperetur, seueriorque fuerit sententia, quàm causa ipsa expostulabat, & merito pœna temperanda, iudicem namque adire debebat, & implorare, ut consuleret pupillæ iuxta scripta ab Aym. infra consi. 190. excessit enim in exequendo, cum uia iudiciaria debuisset procedere.

Num. 10.

2 De † congregatione hominum ad aliquem actum, uide sup. consil. 1. & quæ ibi addidi, & circa puellam non nubilem, & non maturam uiro, uide non longè à materia eundem d. consil. 190.

Nume.

Nume. 11.

3 Ad materiam † ubi pupillus educari debeat, uide Bald. cõ si. 287. ser Franc. libro. 6. Marſ. consi. 56. Gram. deciſ. 55. Iaſ. in consi. 53. colum. penult. uol. 3. & consi. 99. lib. 2. & consil 237. eo. uol. Ruy. in consi. 87. uol. 5. in fi. Aym. in consi. 192. & latè ſcripſit Borg. in tract. de tut. & curat. num. 300. & seq. nu. ubi ſub nu. 307. citat hoc reſpon. quod etiam citat Iac. Menoch. in conſi. 62. num. 12. uer. 3. vbi de materia plenè, Burſ. in consi. 86. nu. 21. & ſeq.

Num. 13.

4 Addet mulieres, & ruſticos ut plurimum inter ſimplices annu-
5 merari ſcripſit Iac. Menoch. in tract. de arbit. iudi. caſu. 193. † Vbi ſimplicitatem à delicto excuſationem aliquando preſtare ait, citat Card. in clem. 1. q. 16. de priuil. Marſ. ſing. 287. tetigi &c. & alios,
6 † ſed ſi uis ſcire quando ruſticati parcendum ſit, & in quibus caſibus non parcendum, confugito ad And. Tiraq. in tracta. de pœn.
7 temper. cauſa. 11. per totam, & Menoch. præal. caſu. 194. & † de priuilegiis ruſticorum, & qui dicantur ruſtici. Vide Fran. Rip. in trac. de Peſte. in Rub. de remed. preſ. num. 208. & multis ſeq. & non obſtantibus ab eis relatis, ex omnibus circunſtantiis hic adductis ſeueriorem ſententiam, quàm par eſſet contra Andream latam puto & temperãdam prout hic auctor innuit, iuſtus quippe patrui erat dolor, quod neptis tenella, & immatura uiro, uili & abiectæ perſo
8 næ nuptui traderetur, † & difficillimum eſt iuſtum dolorem temperare, ut inquit I. C. in l. ſi adulterium cum inceſtu, in §. imperatores, ff. de adult. & multa ad id retulit Marſil in l. 1. nume. 3. ff. de ſycar. & in conſil. 119. nume. 4. & ſequen. ac in ſing. 455. difficillimum &c.
9 Denique hoc † reſponſum reperi non ſemel relatum, & probatum in quibuſdam allegationibus, quæ ſine nomine circunferuntur ſuper raptu, ut aſſerebatur facto per Illuſt. Comitem Franciſcum Landrianum Anconitanum, de Illuſt. virgine Barbara Triultia; de qua re meminit Dominus Franciſcus Mar. Plot. apud conſi. 31. Martini Lauden. in quo loco ſententia Excellentisſimi Senatus Mediolani refertur, & quod ex precedenti tractatu matrimonii cõtrahendi pœna fuerit temperata, & adde quod in caſu conſuluit Hiero. Gab. conſi. 72. & ſeq. reſponſo.

Nume.

Num. 18.

10 Et quòd nobili† nō sit imponenda pęna triremium, uide Gramma. decis. 32.

AD XIX. RESP.

1 QVOD Donatio† facta à patre filio existenti in potestate iuramento confirmetur, & sit hodie magis recepta sententia, nō uidetur probabiliter posse dubitari, idem enim inquit Aym. in consi. 102. & cumulo authoritatum demonstrat Iac. Phil. (si is est) concl. 2. lib. 2. idem etiam testatur Viuius in lib. comm. opinio. in uer. Donatio facta à patre filio, & idem asseuerat Iul. Clar. sent. recep. in §. donatio, in 8. q. & Emanuel Suarez in suo thesauro, in uer. donatio. Vide tamen declarationē à Dec. datā in consil. 631. & quæ scripsit Paul. Paris. in consi. 16. in secundo. ex quibus locis habes, quando donatio à patre filio facta teneat uel non; quibus addes Catt. Cot. in mem. in uer. donatio facta à rege filio, & sub eo. uerbo, in sequen.


Nume. 7.

Adde, & comproba ex relatis à Viuio commu. opinio. in ver. Pactum, qui hunc locum citat; sed omnino uide decis. Pedem. sub nu. 100. & uide infra consi. 139. & quæ ibi addidi.

Num. 3.

2 Nota quòd † Aym. noster ait sufficere consensum interuenire quocunque tempore, siue ante siue post actum eius, de cuius hæreditate, & bonis facta est pactio, & Fran. Viu. in lib. com. opin. in uer. pactum, refert Aym. nostrum hic & probat. Præceptor tamen meus Goza. in consi. 98. In hac causa &c. sub num. 2. dicebat, l. fi. C. de pact. non solum requirere scientiam, sed & iussum, & cōsiderabat uerba illa sciente, & iubente, & iussus cum requiratur, debere præcedere, ut in l. si quis mihi bona, in §. iussum, ubi Doct. ff. de acq. hæred. & non sufficere simplicem consensum, & propterea reprehendit Saly. in d. l. fi. dicentem sufficere cōsensum ex post

3 facto adhiberi, ut pactum ualidum reddatur. † Ego autem & Salyc. & Aym. ac alijs relatis ab eo assentior, Primo quia consensus non requiritur ratione solemnitatis, sed quia agitur de præiudicio uiuentis, ne eius uitæ insidietur, & inducatur uotū captandæ mor-



tis,quę ratio cessat siue in ipso actu, siue postea voluntaté accómodet is, de cuius bonis agitur. Deniq; pp uerba legis in uer. Quare ibi (uiuente & ignoráte) & paulo inferius ibi, nisi uoluntatem suá accómodauerit ipse de cuius hæreditate pactū est. Non ergo lex distinguit seu præfigit, quod in ipso actu uoluntas accómodetur, sed simpliciter uoluntatem requirit, satisfactum est ergo legi, & rationi ipsius. quandocunq; uoluntas accómodetur. Addo ēt uerba in fin. legis cū in alienis rebus contra Domini uoluntatem &c. Deniq; non obstant illa uerba considerata à præceptore meo (licebit ęis illo sciente & iubente) Illud namque uerbum, iubēte, eo in loco non iussum sed uoluntatem significat. † Nam iubere pro uelle apud bonos auctores etiam accipitur, Terent. in Eunu. Quis scis, an ea quæ iubeā sine ui faciat, ubi Donatus iubeam, pro uelim exponit, & apud eundem Comicum, & Plaut. in plerisque locis iubeo te soluere, & in hac significatione, & apud Cic. & alios legi, & hæc interpretatio suadetur ex iam dictis &c.

Num. 8.

5 Fideicommissum† in contractibus inductum non proprie fideicommissum appellatur, cum regulariter in testamentis & codicillis fiat institutio, de fide. hær. in prin. & inst. de codi. §. non autem sed appellatur largo modo fideicommissum, quod in conuentionibus fit & ualet ut hic, & adde Franc. Marza. in epit. in materiam. fideicom. q. 2. ubi plures retulit.

Num. 9.

Adde & comproba ex ijs quæ scripsit An. Tiraq. in tra. Primog. q. 6. num. 5. & seq. Soc. Iun. in cons. 8. lib. 2.

Num. 11.

6 In hoc † articulo uide quæ latissime scripsit Iac. Phili. conclusi. 36. lib. 5. ubi etiam hoc responsum refertur, & And. Tira. in tra. Primog. q. 8. & in tract. de iure const. par. 2. ampl. 28. & latissime disputando scripsit Did. Couar. Var. resol. lib. primo c. 14. ubi sub nu. 14. refert hoc responsum, & Bal. Nouel. in tract. de Dot, par. 6. priuil. 22. & eundem. Aym. in consi. 25. nu. 17.

Num. 13.

Adde decis. Ped. 15. in fi.

Nu. 14.

Adde Roland. con. 23. num. 41. in 4. & consi. 23. nu. 41. eo. vol. 4.

Nume.

Nu. 15.

7 Inter alias differentias † quæ constituuntur inter Trebellianicam, & falcidiam una est præcipua, quòd falcidia locum habet in legatis & fideicommissis singularibus, & in rebus certis, Trebellianica uero in uniuersalibus, hoc est in ijs quæ fiunt de tota hæreditate uel parte eius sub nomine cotę hæreditariæ, & hoc esse communiter receptum testatur Soc. Iun. in consi. 136. nu. 4. vol. 2. qui & Ias. & Paul. à monte Pic. idem asserentes refert.

AD XX. RESPON.

1 QVOD verba † contractus sint respicięda, magis tamē mens, multa, ac uaria, ut solet, retulit And. Tiraq. in l. si unquam, in uersi. libertis, C. de reuoc. don. Veron. in tract. exten. in
2 Rubr. quæ fuerit causa &c. num. 18. & seq. † Item quod uerba magis deseruiant naturæ contractus, quàm naturæ uerborum, tex. in l. insulam. ff. præs. uer. & in le. 1. ff. de cont. empt. qui citari non solet Soc. in consi. 88. & plene Andr. Tiraq. de Retract. lign. §. 32. nume. 34. & seq. & antec. nu. Gome. in Reg. de Trien. q. 5. Aym. in cō-si. 214. & nota uerba quæ sunt sub nu. 15. relata, quæ consultationem dubiam reddunt.

AD XXI. RESPON.

1 AD materiam † decimarum & contentorum in hoc responso, uide quæ plene & eleganter scripsit Did. Couar. lib. Varia. re sol. ca. 17. lib primo, ubi etiam refert hoc responsum, & uide infra consi. 206. & consi. 280.

Num. 9.

2 Circa statutum † quòd credatur libris Mercatorum, declaraui ut scripsi in tract. de Mercat. in Rubr. quomodo in causis Merc. procsit. nu. 37. & seq. & nouissimē Rolan. in consi. 92. in ter.

Nu. 12.

4 Ad ea quæ † habentur in relato nu. & in l. hoc iure, in §. ductus aquę, ff. de aq. quot. & æsti. adde eundem Aym. in consi. 135. nu. 3. & in tract. de ant. Temp. par. 4. uer. Absolutis &c. ubi multa, & in uersi. Materia ista, Ruy. in consi. 67. in fi. & consi. 105. num. 7. &

ſeq.uol.primo, & conſi.112.num.22.eo.uol.& glo.in c.primo, de præſcrip.ubi modus concipiendi articulum, Did. Couar.in regu. poſſeſſor, in §.initium, circa fi.& in §.3.de reg.iu.in 6. & circa modum concipiendi articulum & relatam glo. ſuccurrit pulcher text. in le.penulti.ff.de probat.

AD XXII. RESPON.

1 ADDE quod ſuorum † appellatione uenit ſingularis amicus ſecũdum Bal. in l.1.col.11.uer. Quid de ſingulari amico &c. C.qui acc. non poſſ. Cot.in memor. in uer. ſuorum, ubi citat etiã Alex.& referendo Bal.in repet.c.ſi pater, in 29.col.uer. Quid ſi teſtator, ſuorum appellatione omnes illos contineri ait, qui poſſent perſequi iniuriam illatã attinentibus ſuis, ſubiunxit, & nota ſecun-
2 dum.Bal.in l.prima, in princ.ff.de ſtat.hom. quod uerbum † ſuus, eſt poſſeſſiuum, & propterea non comprehẽdit iura, neque actiones, & uide eundem Cott.in Memor.in uer.bonis publicatis, & in ver. amor, & conſidera uerbum hoc ſecundum ſubiectam materiam interpretari, & an ſimpliciter hoc eſt ſine ſubſtantiuo, uel cum ſubſtantiuo ponatur, ut eleganter notauit Bal.in conſi.80.Deſcendentibus &c.in 4. & vide infra conſi.75.num.26.

Nume. 2 & 3.

3 In hoc articulo quem † difficillimũ merito author dixit ſententiã non interpono meam, ſed addo in materia plures caſus conſideratos, & authoritatibus deciſos à Iul. Clar. Recept.ſenten.in §.teſtamentum, qu.80.qui tamen non omnes complexus eſt, & noſtrum omiſit, & in materia prędicta, & l. Gallus.§.quidam recte, ſunt plura Dec.reſponſa non relata, & uide Ioã.Dilect.in tract.de art.teſt. caut.6.in tit.de hæred.inſtit. Paul.Pariſ.conſi.82.vol.2.& conſi.4. uol.3.& conſi.11.eo.uol.& conſi.21.num.9.& ant.& ſeq.& Aym. con.131.& in l.cum filiofamilias. ff.de leg.primo, & late Hyer.Zã. in l.hæredes mei, in §.cum ita, num. 227.& ſeq.ad S.C.Trebel.& nouiſsime incidi reſponſum Menoc. ſub nu.85. qui nu.97.late diſputat & damnat auctorẽ, tu conſidera quia res hæc longa diſputatione egeret, & adde notata apud reſponſum Decij ſub nu.95.

Num.8.& ante.

Refert, & probat Iac.Menoch.in conſi.43.num.13.ſed & idem

Menoc.

Menoc. consi.85. nume.97.late conatur auctorem reprobare ipsum legito.

AD XXIII. RESPON.

Nume. 4.

1 Adde et Paul.Paris.in consi.97. nume.134. vol.primo, & nota quod scripsit Dec.in consi.84.Præstantißimi &c.in fi. Grã. decis. 45. vbi quod impertinentes non debeant admitti, sub vul-
2 gari clausula,& idem inquit Paris.relatus,† quòd si articuli sint impertinentes,iudex post factas probationes super eis potest reijcere, non obstante quòd prius illos admiserit, quia talis admissio fuit sententia interlocutoria, quæ reuocari potest, citauit Card. in clem.sæpe,in §.& quia,in 7.no. de verb.signi.quod est notabile uerbum & memoria tenẽdum, & idem probat Dec.in c.quoniam contra,nu.46.extra de probat.Contra namque aliqua occurrunt,&c. comproba ex his quæ habentur hic nu. 8. & de articulis admittendis uel non admittendis, uide inf.consi.134.num.45.& seq.& sup. cõsi.5.in fi.& quæ scripsit Iac.Meno.consi.2.nu.363.& seq.Rimi. cons.19.& apud eum Hypp. Item quomodo concipi debeant articuli præsertim in criminalibus,uide Old. consi.167.& quòd in redubia sint admittendi,Rolan.consi.34.in 3.

AD XXIIII. RESPON.

Nume. 1.

Vide quæ dixit Rolan. consi.51.num.10.volum.4. & audio Alcia. contra hoc responsum respondisse, & refertur consil. 539. sed in libro meo responsa aliter nouißimè sunt disposita & non reperi.

Nu. 8.& seq.

1 Adde quæ in hoc articulo latè † scripsit Iac.Phil.(si is est) consil.39.lib.2. ubi & locus iste refertur,Roland.à Vall. consi.55.nu. 13.& seq.in 3.& Iac.Menoc.consi.87.num.29.& Franc.Marza.in epit.in mate. fidei. q. 59.

Nu. 15.

Vide omnino consilium Cornæi hic relatum.

AD XXV. RESPON.

PRima quæſtio (ni fallor) caret probabili dubitatione ex multis argumentis hic relatis, adde tamen in materia Dec. in conſi. 274. Corn. Beninc. in tract. de Pauper. in 9. q. in 5. ſpeciali, Iaſ. in conſi. 122. in 4. & ad materiã, §. poſteriore, inſti. quib. mod. teſt. infir. & † quando primum teſtamẽtum eſt iuratum, uel habet clauſulam derogatoriã à teſtatore, uel iuris diſpoſitione, uide Io. Dilect. in tract. de art. teſtan. in titu. de muta. teſta. caut. 1. & Iul. Clar. recept. ſen. in §. teſtamentum, q 94. & ſeq & præcipuè. q. 99. ubi plures caſus, & facti ſpecies conſtituit, quando primum teſtamentum habet clauſulam derogatoriam, & per ſecundum cenſeatur reuocatum, Did. Couar. in tit. de teſtamen extra. And. Tiraq. de priuile. piæ cauſ priuil. 52. & hæc præter ea quæ habentur in l. ſi quis in principio, ff. de le. 3. & alijs locis vulg. & nouisſimè Burſat. in conſil. 47. ubi latisſimè, & quando in ſecundo teſtamento eſſet

2 inſtituta ecc. † Vnum tamẽ nota quod eſt quotidianum, & ſcripſit Benincas. in relato loco, Pauperes, & cauſam piam habere priuilegium auth. hoc inter liberos, C. de teſta. ut quemadmodum primũ teſtamentum factum inter liberos per ſecundum non cenſetur reuocatum, niſi in ſecundo expreſsè teſtator dixerit nolle ualere pri-

3 mum, † Ita etiam primum teſtamentum in quo pauperes ſunt inſtituti, non intelligatur per ſecundum reuocatum, in quo extranei ſunt inſtituti, niſi in ſecundo teſtator expreſsè dixerit, & ſpecialiter primum uelle reuocare, citat Ang. in l. non eſt enim, ff. de inof. teſtamen. qui tamen potius contrarium innuit; loquitur enim quãdo per dolum, & falſas cauſas teſtator inducitur, ut bene animaduertit Dec. in conſi. 489. in caſu occurrenti & c. col. pen. ceſſantibus ergo dolo, & falſis cauſis innuit contrarium; Probat etiam, quia iura magis fauẽt pauperibus, & piis cauſis, quàm liberis, excepta cauſa legitimæ, ſententiam etiam ſuam aliis argumentis probat, & præcipuè authoritate Bar. in l. 1. nu. 74. C. de ſacr. eccl. quę ſentẽtia defendi poteſt authoritate Aym. noſtri ſub nu. 10. inquit enim, ſpeciale eſſe in teſtamento inter liberos, & ad pias cauſas, quod tacite intelligatur clauſula derogatoria auth. hoc inter liberos C. de teſta. cum no. Verùm Benincaſ. ſententia non facile forſan admittenda eſt: quia reg. ſumpta ex §. poſteriore, & l. ſi quis priore, nõ reperitur limitata expreſsè in pia cauſa: quia dicta diſpoſitio eſt exhor

bitns a,

4 bitans,& quia restringitur reg.legis tertiæ,in fi.ff.de adim.leg.† & dispositio per quam restringitur facultas testandi dicitur odiosa l. cum duobus,in §.idem respon.ff pro soc.& expedit ut liber sit stilus eius quod iterum non redit arbitrium l.1.C.de sacr eccl.& facit lex,nel negare,ff.quemad.test.aper.& comprobatur ex ijs quæ
5 habētur hic sub nu.7.† Sed si sententia relata admittatur,illud quęritur,num sufficeret clausula prægnans quidem, quæ in testamentis adijci solet,Cassans irritans,& anullans omne aliud testamentum, & ultimam uoluntatem&c. & Aymon. noster sub numero decimo & undecimo, innuit sufficere, quod ualde not. arbitror; dicet aliquis expresse fieri debet derogatio,ut dictum est; Respon
6 de duobus modis ut hic;† Receptius tamen uidetur,ut hæc clausula non sufficiat, sed dicatur non obstante quocunque testamento etiam inter liberos per me facto; uel non obstante quocunque testamento per me facto, etiam ad pias causas, ut per Paul.Cast. in d.auth.hoc inter liberos, Soc.in consi.163.col.penul. uer. ex quibus sunt remotæ &c. lib. 2.

AD. XXVI. RESPON.

AD propositam materiam quotidianam quidem, & ueritatem eorum quæ hic habentur, uidendum est responsum meum edendum, cuius initium est, Cum societas &c. & adde in materia Iac.Menoch.cons.12.qui & hoc responsum & alia auctoris retulit &c.& Io.Ceph.consi.340. in 3. qui hunc locum retulit, & declarat,& uide,infra consi.223.

AD. XXVII. RESPNN.

Nume. 3.

1 AN error† iuris impediat præscriptionem,latissime omnium Aymo.noster disputauit in tracta. de antiq.temp.in 4.part. §.materiam,nu.6.& seq.ubi relatis multorum sententiis,quasdam facti species considerauit, ad ipsum ergo confugito;qui nu.8.hoc singulare dictum Baldi retulit,quando præsumptio habet in se naturalem æquitatem, error iuris non noceat; ueluti si quis præscribat relicta sibi in testamento minus solenni, & subiunxit alia exē-

pla;

2 pta; Quibus addes † quod recepta est illa sententia, quòd relicta, in testamento minus solemni debeantur naturaliter, ut per DD. in l. nemo potest, ubi Ripa inter alios hoc dicit sub nu. 96. & propte-
3 rea † legatarius habeat ius retinendi sibi relicta in testamento minus solemni, ut testatur etiam late Iul. Clar. recep. sent. §. testamentum q. 90. & in summa. quæstio est agitata ualde apud ueteres, &
4 recentiores, an † acquisita ex testamento nullo non seruata forma iuris positiui, iure autem gentium ualido possint per aliquem bona fide, hoc est salua conscientia retineri, & similiter ex contractu nullo propter deficientem solemnitatem, interueniente tamen contrahentium consensu; &, ut uno uerbo dicam, an iuris ciuilis solemnitas sit in interiori iudicio, hoc est fidei seu conscientiæ seruanda; de qua re Doct. ubi supra, Inno. in c. quod sicut, de elect. Abb. in c. 1. in fi. de rest. in integ. Tiraq. de leg. connub. Glo. 4. nu. 5. in quibus locis habes relatas authoritates, & commu. sententias contra quas non inargute multa scripsit Couar. in c. cum esses. num. 4. & seq. de testa. & Gomes. in reg. de non iudicando iuxta for. sup. q. 14. qui inter alia inquit, Iste fidei, seu conscientiæ (quam uocant) forus differt à contentioso, sicut Cœlum à Terra; Nam in foro cōtentioso pœna damnificantium ex negligentia, uel leui culpa non imponitur, secus tamen est in foro conscientiæ, & ideo in eius foro locus misericordiæ non est, cum sit idem conscientia, quòd iustitia secundum Bal. hæc ille; qui alia refert.

Nume. 5.

5 Adde Rol. † à Vall. consi. 181. nu. 2. & seq. uol. 4. & Aym. consi. 242. qui inquit, sententiam, de qua hic, magis receptam, ita ut expressus consensus requiratur, non tacitus, & præsumptus.

AD XXVIII. RESPON.

AD suspiciones falsitatis adde eundem Aym. in consi. 134. & uide in hac materia Iac. Phil. (si is est) concl. 9. lib. 1. ubi hoc repsonsum & alia, ac sexcentæ auctoritates in materia referuntur
1 † & dicitur magis receptum esse, ut in ciuilibus solæ suspiciones sufficiant, ut instrumentum non probet, & suspectum reddatur, non tamen quod ex falsi suspicionibus posit quis criminaliter damnari; adde Gabriel. in suis conclus. conclus. 6. li. 7. qui idem dixit, &

Iul.

Iul.Cla.in pract.in §.falsum,uer.Trita &c.eandem distinctionem tanquam receptam probat,adde etiam Cepha.consi.338.num.21. & seq.numeris,in ter.qui hunc locum retulit,nec non praesumptiones quasdam falsitatis enumerat.

Num. 5.

2 Ex registratione † insolita induci suspicionem falsitatis probat Iac.Menoch.in consil.1.nu.344.ubi hunc locum refert,& de clausulis insolitis non nulla.

Nume. 10.& ulti.

Adde quae late scripsit Iac.Menoch.de arbitr. iud.casu 322.nume.3.& 5.

AD XXIX. RESPON.

1 CIRCA † uerba enunciatiua adde quae idem Aym.plene scripsit in tract.de antiq.temp.par. 1.§.propositum,& uer. seq. cuius initium est,ampliatur &c.& si libet uide quę de uerbis enunciatiuis disputando dixi in tract.de assecur. Glo.6.nu.4.& seq.nu
2 meris. Et circa id quod hic habetur † successores non debere esse melioris conditionis quàm auctores,& non posse eorum factum impugnare; ad quod hunc locum retulit,& probauit Iac.Menoch. consi.1.nu.67.qui addit eundem Aym.consi. 125. nume.2.& sub nu. 101.& seq.numeris declarat regulam relatam.

Num. 4.

3 Adde Hyeron.†Cag.in l.2.nu.161.C.de rescind.uend.qui idem probat,affirmat & ampliat iunctis numeris antecedentibus,& idē testatur Iac.Phil.concl.36.uer. tertio limita, lib. 1. qui,& hoc responsum retulit.

Num. 5.

Adde Io.Cepha.consi.62.nu.21.in secundo,qui & hunc locum & alia auctorem probando refert.

Nu.6.& seq.

Nota declarationem Glo.in l.2.C. comm.utr.iud. & uide quid declarando dixerit Ruy. in consi.22.nu.4.uol.4.& Menoch. consil.1.nu.269. & seq.

Nume. 8.

De reseruatione,†vide Iac.Menoch.consi.2.nu.57.vbi auctoris

alia loca refert,& uide infra consi.35.nu.17.consi.70.nu.6. consi.144.nu.15.& consi.214.col.2.& 3.& tex.in l.at si quis in §.pleriq; ff.de relig.l.3.§.fi.ff.quib.mod. pig.uel hyp. sol.l.3.§. pen.ff.de lib. exhib.

AD XXX. RESPON.

1 QVONIAM multa dici possent, relatione locorum contentus ero;† Adde ergo, quæ scripsit Paris.in cons.68.in fi.uol. 2.& consi.12.in fi.uol.3.sunt & nonnulla Ias. responsa, quæ referuntur; tu uide Alexan.in consi.17.in fi.& plenum ac elegans respon. præceptoris mei Goz. 49. & latissimè omnium, refe rendo diuersas sententias,& Doctorum loca, scripsit Tiraq. in tra cta.Primog.q.46.& duabus,seq. & Hyer. Cagnol.in repet.l.fin.ff. de iurisd.omn.iud.num.16. ubi distinguendo in articulo scripsit, & uide Alciat.in consi.4.lib.2.& cons.8.eo.lib.& si libet uide quædam scripta à Iaco.Phil.conclus.25. & sequen. lib.5. Adde Rolan. consi.80.in 4.

AD XXXI. RESP.

1 NE lector amantissime decipiaris hoc responso, nota quod † spoliatus restituendus est ante omnia, etiam cum spoliator contra eum obiicit crimina, siue uia accusationis, siue inquisitionis, sunt enim duo iura notanda c.item cum quis, de restit.spol. ubi Abb.num.5.& l.si maritus, C.de donat.int.uir.& uxo.& uideri potest Iac. Menoc.in tract.recup.poss.remed.1.nu.295.& seq. Et miror hoc responsum non fuisse relatum, nec memini me legis-
2 se à quoquam in hoc citatum; † & illud uerum est, quòd agenti ad restitutionem coniugis, octo exceptiones obijci possunt, inter quas est exceptio seuitiæ intolerabilis uiri, ut per Rip. in §. nihil commune nu.84.ff.de acq. poss. & probat Iac.Menoch. de arbitr. iud.lib.2.casu 139.nu.6.& adde ad rem plenum respon. Paul. Paris.54.vol.4.quod considera,& vide ad ea quæ habentur hic num. 6.aduersatur enim in aliquibus scriptis hic.

Num. 3. uer, & in terminis.

Adde uidendum Deci.consi.86.nu.8.usque in fi.

AD

AD XXXII. RESPON.

DOMINUS Borginus Caualcan. edidit nuper tractatum de usufr. mulieri relicto, qui retulit Aym. nostrum, hic, & consi. 167. ut patet sub nu. 17. & seq. numeris. Et quoniam, tractatus ille refertus est authoritatibus, sat sit locum retulisse, & ibi de consuetudine Bulg. Addo solum deci. Bonon. ulti. in ordine.

Nume. 3.

Adde Iac. Menoch. consi. 56. num. 21. qui hunc locum citat, & eundem Aym. consi. 167. num. 14. & consil. 149. num. 15. & uide quæ addidi ad respon. 208. & ad fi. responsi uide etiam Rol. consi. 74. nu. 3. in secundo.

AD XXXIII. RESPON.

1 NON insubtiliter (ut solet) † Aym. noster super prima hæsitatione proposita scripsit; Quæ tamen potest in dubium reuocari, non solum propter uerba generalia in restitutione adiecta ad quorum interpretationem facit, quod scripsit Deci. in consil. 490. num. 4. & seq. Verum, quia ex iis, quæ proponuntur apparet, quod erant alia bona Claudij restitutioni non subiecta, ut ex responso colligitur uer. 6. num. 5. num. 7. nu. 10. & seq. numeris. Nec mouent quod essent ære alieno subiecta, Quorsum enim remedia illa duo satis nota sint inducta, iuris deliberandi, scilicet & inuentarij, nisi ut hæres sibi consulat antequam adeat? ne ultra uires hæ-
2 reditarias teneatur; † Adeundo enim sine inuentarij confectione ultra uires hæreditarias tenetur l. fi. §. fin uero, C. de iur. delib. idq; & ciuili, & Pontificio iure in contentioso foro, non autem fidei, seu animæ, & conscientiæ est receptum, ut per Ruy. in consil. 20. lib. 4. Refert ergo, an alia bona essent in hæreditate Claudij præter fideicommisso subiecta, licet ære alieno subiecta, restitutaque fuerint, & possessa per Antonium, ut uerba relata innuunt; si enim cum restitutionis uerbis interueniret realis restitutio bonorum, Claudij, & possessio, cessaret arg. ex l. legata inutiliter, ff. de leg. 1. prout alia remoueri possunt; & quando incidi in d. l. legata, adde Euerar. in sua Centur. loco 56. qui declarat, & pulcram atque quotidianam quæstionem solutam ex dicta l. à Pau. Castr. refert Negus. in tract. de pignor. in 2. membro ter. par. nu. 35.

Quod autem Antonius defendi posſit ex confeſſione inuentarij, reſeruatione facta non obſtante, quod ſint ſalua iura ſuper hæreditate, & bonis reſtitutis, arbitror uerum, & comproba ex ijs, quæ idem ſcripſit, ſupra conſi. 29. num. 8. ubi de uiribus reſeruationis nonnulla &c.

AD XXXIIII. RESPON.

1 QVOD clauſula † codicillaris etiam concepta per uerba futuri temporis, uerbi gratia, ſi non ualet, uel ualebit &c. non operetur, ubi poſthumus fuit ignoranter præteritus; dixit magis communem Rub. Alexan. in conſ. 112. quem refert Emanuel Suarez in lib. ſen. recept. in uer. clauſula codicillaris, num. 81. Vide tamen Soc. Iun. in conſi. 3. num. 27. poſt Alex. dicentem contrarium, non tamen diſputat; Item uide Iac. Menoc. de arbitr. iud. caſu 147. qui nonnullos refert, & præſertim And. Tiraq. cumulum
2 Doctorum, & locorum ſolitum facere, & probat † auth. ex cauſa, C. de lib. præt. quæ mandat ex cauſa præteritionis legata firma eſſe; locum non habere cum pater præterit filium natum uel naſciturum ignoranter, & declarat. Doctorum explicat: ſed & addes, Rolan. in conſi. 7. in 4. qui latiſsimè diſputauit, & uarios ac diuerſos referens probat, clauſulam relato modo conceptam ſecundum magis communem ſententiā operari, ut iure fideicommiſsi ab inteſtato ueniens grauatus reſtituere cenſeatur per fideicommiſſum
3 † Et nota, quod clauſula codicillaris in teſtamento appoſita ex uoluntate teſtatoris non autem ex ſtylo Notarij adiecta cenſetur, ut probat multis authoritatibus Iac. Menoch. conſi. 87. nu. 45. & ſeq. numeris vbi de multis clauſulis diſputat, an ex ſtylo Notarij appoſitæ cenſeantur; & adde quæ dicam, infra conſi. 69. Vbi ex relatis, locis habebis ueritatem. & ibi addes conſi. Rolan. citatum.

Num. 3.

Quod hic dicitur confirma magis, ad rem hoc argumento, in teſtamento facto à milite ſemper cenſetur adiecta clauſula codi-
4 cillaris, le. 3. ff. de teſtam. † & tamen natiuitate poſthumi rumpitur teſtamentum militis unà cum legatis, l. ſicut certi l. ſicut, in utero, C. de teſtamen. mili. & uide Rube. Alexan. in conſilio 112. in fine.

AD

AD XXXV. RESPON.

INDICIORVM & quæstionis, materia frequens est tractata à tot, tantisq; recentioribus, ut superfluum sit scribere; Addes ergo præter loca uulgaria eundem Aym. consi. 6. num. 12. & sequen. consi. 99. & consi. 137. & ex recentioribus Io Bap. Plot. in l. si quando, C. und. ui. in fi. Iul. Clar. in sua pract. §. fi. q. 20. & sequen. & q. 49. & 64. Rol. à Vall. in pluribus responsis, & præsertim consil. 3. num. 37. lib. 3. & consi. 16. in fi. lib. 1. & latissime Iac. Menoch. de arbitr. iud. casu 270. & seq. casibus: Et illud quotidianum
1 quidem, & forsan non ut par erat, tractatum, atque relatum; † Receptum est, copiam indiciorum tradi debere, cum termino ad defendendum discutiendumq;, an quæstioni locus sit; interim solent nonnulli iudices denegare custodiam, seu reum posse alloqui aliquem: Vetant enim plerique, unde euenit, ut defendi haud recte possit reus nisi ab eo intelligatur contra indicia quid dicat, quoue
2 modo res se habuerit, interrogetur; † scias ergo quod reus fieri debet palam, proferriq;, & differri interim, ita ut allocutio concedatur, tex. est singularis, in l. unius in §. cogniturum, ff. de quæst. ubi in hæc uerba, cogniturum de criminibus præsidem oportet ante diem palam facere custodias, se auditurum, ne hi qui defendendi
3 sunt subditis accusatorum criminibus opprimantur. † Quamuis defensionem quocunque tempore postulante reo negari non oportet; adeo ut propterea differantur, & proferantur; Et hoc est quod uulgo dicitur, poni ad largam; Laudo tamen illos iudices qui aliquo officiali curiæ assistente admittunt defensores rei ad alloquendum, ne instruantur rei, neue occasio detur ueritatem occultandi, & ut malitiis defensorum obuietur; pro qua practica facit tex. in l.
4 custodias, ff. de pub. iud. Sed & addes quod uerba relata ex §. cogniturum præsidem oportet ante diem palam facere &c. hanc habent (ut opinor) interpretationem, ante diem scilicet, quo iudex pronunciaturus est locum esse uel non esse quæstioni, oportere palam facere & proferre reum, quicquid Acur. ibidem dixerit; hoc suadet tit. sub quo positus est §. ar. l. Imperator, de in di. adict. & relatum, §. ad defensiones reorum esse aureum dixit Alb. ibidem.

AD

AD XXXVI. ET XXXVII. RESP.

1 MATERIA horum responsorum in multis † Dec.respon. tractatur, & ne papirum frustra denigrem, locorum uberrimorum relatione contentus ero, vide ergo Viui. lib.com.opin. in ver. Mulier ad secundas nuptias &c. vbi multa, & plene etiã ampliando, & limitãdo tractat Bap. Villalobos lib.com.opi. in uer. Binubis, adde etiam in materia prædicta, & l.fœminæ, §.illud, Aym. consi. 242.col.fi & consi.285. Boer.decis.186.& seq. Ruy.consi. 44.& consil.58.vol.5. Affl.decis.75. Quædam Ioannella &c. Io. Dilect. in tract. de arte testan. in titu.de legat.caut. 18. Roland. à Vall.consi.95.num.14.& seq.nu.vol.1. Et adde, etiam quæstionẽ non passim relatam, disputatam tamen à Did. Couar. in reg.pecca
2 tum, in 2.par.§.7. nu. 7. De † patre qui lege Regia facultatem habet meliorandi unum ex filijs in tertia, & quinta bonorum parte, an teneatur digniorem ex filijs, & meliorem ad hanc meliorationem eligere, alioquin peccare, in qua refert Io. Lupi in repet.c.per uestras, in 3.not.& §.26. & Gomes.in cap.2.de consti.in 6.nu.23. existimantes, patres, qui digniores prætermiserunt filios, electo etiam digno peccare, moti ex l.fœminæ, in illis uerbis, fœminæ id solum quod à coniugibus habuerint ad secundas nuptias conuolantes transmittant, vel ad quemlibet ex filijs, dummodo ex ijs tãtum, quos ex tali successione dignissimos iudicamus, in quem cõtemplatione meritorum liberalitatis suæ iudicium mater crediderit dirigendum; quorum sententiam non inargute damnat, imperator enim in l.fœminæ, dum potestatem matris, siue patris ad secundas nuptias transeuntis restrinxit, ad honestatem quandam & moralem obligationem pertinere ait, quæ moralis obligatio trãsgressori pęnam nõ imponit. At cũ lex Regia arbitrio patris libero cõmittat, cum faciant lege permittente non peccãt, arg.l.Graccus, C.de adult.& uide authẽ.lucrum, C.de secun.nup.& de dicta lege Regia uide scripta à Bapt. Villalobos lib.comm.opi.in uer.Donatio facta filio, uer.in istis donationibus &c.

AD XXXVIII. RESPON.

AD materiam huius responsi, & declarationem, l.ex facto, in
1 §.fi.ff. ad S.C. Trebel. † Quando scilicet hæredum appellatio-

tione ueniant soli filij, præter ea quæ scripsit Franc. Ripa in d. §. fi. Adde Paul. Parif. consi. 89. vol. 2. & consi. 7. nu. 29. vol. 3. And. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glo. 6. nu. 18. & egregium, I.C. Did. Couar. in c. relat. illius prin. 2. col. 3. Hyeron. Zanc. in sua vberrima repeti. l. hæredes mei, in §. cum ita, ff. ad S.C. Trebel. nume. 250. & seq. nu. vbi quinque limit. refert ad dictum, §. fina. l. ex facto, nec forsan apud recentiores uberiorem locum inuenies, & sat sit retulisse, & in materia adde quę subtiliter, & eleganter idem Aym. noster scripsit, infra in consi. 131.

AD RESPON XXXIX.

1 CIRCA donationem † inter uiuos, uel causa mortis facta à filiofam. uide Aym. nostrum infra consi. 83. nu. 9. & consil. 92. circa prin. & quæ latè, & clarè Clar. scripsit lib. 4. sen. §. donatio q. 6. & Rimi. in commentarijs instit. in principio tit. de dona. à nume. 496. usque ad nu. 531. & nouissime Rolan. à Valle in cons. 89. num. 8. in 4. vol. & habes in relatis locis sententias magis receptas, Nec omittas uidere Bar. latè, vt solet, tractantem, in l. 2. in §. 1. ff. de donat. & ad id quod in fine responsi legitur, uide bonum tex. in le. filiusfam. ff. de donat. & uides Aym. bonitatem, & rectam fidem suadet enim concordiam in re dubia, nec enim erat ἀναίτητος.

AD XL. RESPON.

1 AN dos † confessa à marito ei, suisque hæredibus, uel etiam creditoribus præiudicet, Ant. Gabr. in suis conclu. concl. 4. de iure dot. Iac. Menoch. consi. 7. Franc. Bursat. consi. 32. Couar. Var. resol. lib. primo, cap. 7. in quibus locis auctor noster in pluribus huius responsi refertur, Adde etiam Roland. nouissime, in consi. 20. num. 14. & consi. 74. uolu. 4. vbi quando effluxit decennium à die confessę dotis, & Aym. infra consi. 44. Stef. Aufr. apud cap. Thol. 38. & in seq. Bellon. consi. 4. Bap. Villalobos li. com. opi. in uer. dos confessa, ibi sub num. 276. & quando præcedit promissio dotis, de qua præter Bellon. in dicto consi. 4. uide Ruy. consi. 56. uol. 5. & eodem vol. consi. 154. & latè Aym. in tract. de antiq. temp. in uer. propositum nu. 69. & seq. num. Denique adde Aym.

no-

nostrum in dote confessa,consi. 44.quę citat Emanuel Suarez Recept.sent.in uer.Dotis acceptæ, Gab.de iure dot.conclu.4.nu.4. qui auct. refert, & uide per totam,& Rol.consi.74.in 4.& deniq; Aym.infra consi.282.col.pe.& fi. Ex quibus locis in dote confessa,quo ad uirũ,& hæredes, & creditores quid magis receptum sit clarè intelliges, & breuitatis cã relationibus locorũ cõtentus fui.

Num.9.& 10.

Nota quæ Aym.noster ait in materia,l.hac edictali,& circa do
2 ctrinam Bal.in l.hac edictali,in prima q.†quod secunda vxor consequi tantum posſit, quantum est legitima filiorum primi matrimonij,licèt minus legitima relictũm sit, cum supplementum à lege factum prosit nouercæ, lex enim supplendo facit ut habeatur pro relicto,adde quod contra Bal. post Sal.in d.l.hac edictali,non insubtiliter respondit Ruy.in consi.58.nu.9.vsq;in fi.vol.5.Sed ut uides sententia Bal.est magis recepta, de qua Aym. infra in consi. 141. & cogita an declatatio ab eo facta ad sententiam Bal. admittenda sit nec ne,& adde ad materiam eundẽ Aym.infra consi.193. & præcipuè nota quod ait authoritate gl.in l.1. in 9.q. C.de inof. don.quod posset confirmari ex ijs quæ scripsit Iac. Menoc. con-
3 si.5.num.21.post Alex.& Bellon.quos refert.Quod †dos competens constituta dicatur habita ratione patrimonij tempore dotis datæ, non autem ratio habeatur,quod bona fuerint postea aucta
4 dotantis, & ex hoc posset dicere filia se enormisſime lęsam, † & quia materia dictæ l.hac edictali,est quotidiana,subiungo tibi loca infra scripta sub generali breuitatis causa,Dec.in consi.246.vbi de cautelis contra legẽ,Io.Dil.in tract.de art.test.65.caut. in ti.de leg.sed & uide quæ latè cumulauit Planuc.in tract.de lucr. Dot.in uer.superstitibus liberis, nume.47.Ioan.de Ami.consi.3.qui temperat legẽ, quando filij primi matrimonij adirent hæreditatẽ patris, uel matris sine beneficio iuuẽtarij,quod nõ inargute dãnauit Aym. noster infra consi.200.Auus &c.nu.5.& sententiam Aymonis, contra Io.de Amic.& Dec. probauit Phanuc. in tract. de iur. dot in uer.superstitibus liberis,num.45.& uide Cast.in consi.261.
5 & seq.par.prima.†& an statutum, de lucro dotis recipiat interpretationem,à l.hac edictali,& multa,ac uaria de hac re Bald. in consi. 495.Quidam &c.uol.5.& consi.276. Verba statutorum,uol.2.& latè scripsit Planuc.ubi supra,& nouisſimè Viuius li.commu.opi.

in

in uer. statutum simpliciter, quem uide, & Alcia. in consi. 27. lib 2. Riminal. consi. 470. & egregium I. C. Iac. Menoch. qui alia respon sa Aym. in hac materia retulit, in consi. 4. & ad d. l. materiam Baldi sunt plura responsa, & præcipue 336. uol. 3. & cõsi. 22. quædã &c. vol. 5 & consi. 495. eo. vol. Nic. Boer. q. 201. & denique circa glo. in dicta l. hac edictali, in uer. Aui, uel Auiæ, uide not. decisionem Ruy. in consi. 8. uolu. 5.

AD XLI. RESPONSVM.

IN hoc responso quotidiana quędam, & utilia annotabo; ut pro ponitur, contra Iacobum Saretti opponebatur de incestu, adul
1 terio, & stupro; stuprum † autem cum virgine, & vidua, & puero cõ mittitur, l. inter liberos, §. 1. ff. de adul. l. inter stuprum, ff. de uer. sig. Sed propriè uirginum est illicita defloratio, seu deuirginatio, c. lex 36. q. 1. & inquit Alex. in consi. 229. in princ. lib. 6. Licèt Dec. propriè stuprum, & in uidua dici scripserit in consi. 306. num. 5. Ani-
2 maduertendum est ergo, dum inquit Aym. † nõ credi asserentibus audiuisse à mulieribus se fuisse cognitas, quia sicut mulieribus id deponentibus tanquam in causa propria non creditur, ita testibus
3 deponentibus se ab eis audiuisse; † atqui creditur mulieri cum iuramento, quòd esset uirgo, contra delinquentem, ut per Abb. in c. 1. de adult. quem refert, & non improbat Alex. in consil. supra citato, & multos referendo probat Io. Bapt. Plot. in repet. l. si quando,
4 num. 647. & seq. Vbi etiam subdit contra † deuirginantem iurari in litem, sed & addo Aym. nostrum in consil. 166. vbi declarat id locum habere, quando ipsa mulier agit contra aliquem dicentem se ab eo deuirginatam: secus quando mulier uirginitatem nõ allegat, sed tertius, & uide Egid. Boss. in titu. de coit. damn. nu. 67. & hæc non inutiliter declararionis causa adieci.

5 Circa probationem famæ, † quoniam hoc in sexcentis locis tractatur, addo solum Iul. Clar. in pract. §. fi. q. 6. uer. scien. Cassa. in ti. de proba. decis. 1. & seq. Paris. consi. 52. in fi. lib. 3. Ias. consi. 2. col. 10. uer. tertiò non obstat, in tertio, Fran. Burs. cõsi. 35. Io. de Amic. consi. 7. Gram. in consi. 42. qui sub nu. 8. inquit, toto tempore uitæ suæ non reperiisse processum, in quo fama publica esset probata propter multa ad eius probationẽ requisita, & quæ sola fama non

 facit

facit inditium ad torturam, ut hic per Aym. num. 6. & uide Cram. ubi supra num. 15. & adde Butsat. dicto consi. 35. qui sub num. 16. refert hunc locum, & citat Villalobos in uer. fama, similiter dicentem hanc sententiam communem, & quod fama esse debeat in eodem genere mali, pulchrè declarat Mars. consi. 44. num. 18. & seq. Quoniam omnis potestas &c. & uide eundem aucto. infra consil. 260. num. 7. & seq. & consi. 262.

6 Ad id quod dicitur in fine respon. absurdum esset † maiorem pœnam irrogari in inquirendo, quàm in condemnando. Adde eundem Aym. plenè, & pulchrè, in consi. 137. nu. 11. & seq. & l. diuus, ff. de quæst. & ad ipsam, l. Alex. in consi. 77. nume. 10. usque in fin. uolum. primo.

7 Denique illud condita mente teneto, quod noster Aym. ait † in pęnis irrogandis attendendam esse consuetudinem, l. hodie, ff. de pęn. de quo late And Tiraq. de pęn. temp in procem. nu. 5. & seq.
8 num. & ex † consuetudine crimina vęnerea pęna pecuniaria solere puniri, unde quęstioni non est locus, hoc iterum dico nota tu, qui in forensibus quæstionibus uersaris, & sane intellige, & confirma ex ijs quæ scripsit Clarus in Pract. in uer. stuprum, uer. cęterũ, vbi ait, pro stupro commisso cum uidua, nunquam uidisse aliquem puniri, & regis Hyspanię ex generali consuetudine abolitam esse huiusmodi stupri pęnam, quod Gomes. ab eo relatus testatur; & verisimum est, quod subijcit, sapientissimos, integrosque uitę viros in rebus vęnereis lapsos esse. Appius enim Claudius amore uirginis captus omne fas, atque nefas immiscuisse dicitur, ut legitur in l. 2. §. initium, ff. de orig. iur. vnde, amor uehemens in plerisque leuat pœnam, ut per Clar. pręal. in pract. q. 60. ver. est & amor, Tiraq. de pęn. tẽper. causa 4. & uide de amore Cassa. in Glor. Mund. par. 12. consi. 53. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu, 328. Bocr. decis. 43. nume. 75. & sequen. & uide omnino quæ dicam in responso 137.

AD XLII. RESPON.

MATERIA hæc † & præcipue c. quamuis, de pact. in 6. in sexcentis locis tractatur, & sufficerent loca à me relata supra in consil. 11. Hæc tamen loca uberiora sunt; Did. uir bene doctus

ctus in d.c.quamuis Par.consi.26.in 3.uol.Iac.Menoch.consil.6. & Iac.Phil.concl.32.lib.4.Franc.Bursat. consi.7·.& relatiue Duaren.in reg.130. Placet autem speciatim pauca dicere, quæ ad re-
2 sponsum hoc pertinent;† Et illud primum,receptam esse sententiā renunciationem factam à filia paternæ,& maternę hæreditatis patri, etiam cum iuramento causa descendentium masculorum renūciationis tempore existentium, seu contemplatione descenden-
3 tium masculorum factam censeri; † & ideo si uiuo patre decedant filiabus non obsit renunciatio,tanquam renunciationis præsumpta causa cesset; Tiraq.in tract.cess.caus.nu.49. & seq.& c.2.de renunc.& quia facta intelligatur rebus sic stantibus, ut per Alexan. cons.29.lib.3. & probat aliis authoritatibus Couar. in d.c. quamuis,in 3 par.§.3.num.4.Paris. cons.3.in si uol.2. & colligitur ex relatis à Iac.Menoch dicto consi.6. num. 2.qui Aym. nostrum hic, & in aliis responsis refert,& plerosq; alios. & uidendus est omnino Aym. infra in consi.288.& seq.
4 Sed cum† quæritur quando renunciationis tempore filij masculi non extant, renunciatio præiudicet nec ne;ita ut filia,quę renunciauit ab aliis sororibus quę non renunciarunt,excludatur,est quidem in magna controuersia; Aymo noster existimauit uoluntatem patris præsumi, ut æquè omnes filiæ succedant, & pater de masculis nascituris cogitauerit. Quæ sententiā non caret æquitate,& habet magni nominis sectatores; sed Paul. Paris. præceptor meus plenè quidem & doctè renunciationem præiudicare, & patre ab intestato defuncto solas filias, quæ non renunciarunt,admittendas ex communi,seu uerius ex crebriori sententia receptum probat; & in hanc sententiam inclinat Didac.in relato loco,num. 4.ubi de hoc loco, Aym.meminit,& uersi.6.est præterea &c.Quibus addo quod Iac.Menoch.in relato.cons.6.nu.8.& seq.reprobat relatam rationem ab Aym.hic,ut pater quietationem sibi fieri à filia procurasse censeatur,ut libera sit eidem testandi facultas, & de bonis suis disponendi, & sub nu. 11.aliam rationem tanquam receptam probat,de qua Aym.noster;renunciationem factam cen-
5 seri agnationis,scilicet conseruandæ gratia ;† Sed animaduertendum est, dum eam trahit ad patruum,& eandem rationem, in patruo conuinci asseuerat ; id non puto admittendum : quia præsumendum non uidetur,paciscentes de extraneis sensisse, immo tan-

tum de eis qui fuerint descendentes à patre, arg.l.cum accutissimi C.de fideic.l.cum auus, ff.de cond. & dem.& l.ex facto, in §.fi. ff ad Trebell.si enim extra descendentes à patre intelligeretur, & sic generaliter de agnatis, eueniret, quod non solum patruus, uerum in ulteriori gradu agnatus filiam, quæ reuunciauit, excluderet, Quod quàm iniquum sit, nemo est, qui non uideat,& credo quod ita frequentiores intellexerint; ut per Paris.in consi. 3. in fi.uol. 2. est,& Calcan. & Corn.auctoritas ab eo. Menoch. relata; & Doctores qui de agnatis simpliciter loquuntur de descendentibus testatoris intelligendi sunt; & si qui sunt, qui generaliter loquuntur, forsan non bene, & contra naturalem æquitatem & à iure præsumptam, ac commune parentum notum, l.scripto, §.fi.ff. und.lib. Illud tamen non negabo, responsum D. Iacobi ex multis circunstantiis ab eo relatis, & præsertim iis, quæ uoluntatem patris respiciebant, probandum esse; in quo in multis locis refertur Aym. hic,& præcipue ad ea quæ leguntur sub num. 5. ipsum legito; Et in hac materia (ut Didac. & alij recte admonent) uoluntatem testatoris ex coniecturis inuestigandam esse censeo, & admoneo; Et ut mulieribus consulatur, quæ plerunque per ignorantiam, imprudentiamq; rerum ad renunciationes,& quietationes inducuntur, uidenda sunt quæ scripsit Io.Dilect.in tract.de art.test. caut. 19.in tit.de acq.uel recup.hæred.

AD XLIII. RESPON.

COMPROBA hoc responsum ex consi.Deci.186.ab auctore relatum,& ex consi.Ias.143.uol.4.& (ni fallor) in eadem causa consuluerunt, mutatis nominibus, & in casu fortiori, & magis dubio,& uter doctius scripserit in eodem facto ipse uideris & uide notata apud dictum respon. Decij.

AD XLIIII. RESPON.

VIDE quæ addidi, supra ad respon.40.& de fraude, quando præsumatur, uide quæ dixi in tract.de Decoct. & adde Rolan. à Vall.consil.74.nume.11. & sequen.uol.4. qui refert auctorem,& probat.

AD X

AD XLV. RESPON.

Nume. 1.

ADDE Iac. Menoch. consil. 28. nume. 32. qui locum hunc citat, & probat.

Num. 2.

1 Nolo hic omittere: multa ratione communionis, † conuentionis à iure esse disposita, & complura quotidiana quidem notauit Mars. in sing. 180. Plura, & plura &c. Et confirma Aym. nostri sententiam ex iis, quæ scripsit satis ad rem idem Mars. in consi. 84. Vias tuas &c. nu. 13. & qui in seq. numeris multa, non negligenda coniunctionis, atque communionis causa congessit, & sat sit locum retulisse; & Paul. Paris. in consi. 12. num. 73. uol. 2. ubi Fely. & Ias. citat.

AD XLVI. RESPON.

Num. 1.

1 AD id, quod † dicitur, falsi crimen cessare in scriptura priuata adde quod Rolan. à Valle in consi. 38. num. 45. in primo re-
2 fert hunc locum, & probat. Verum ego † existimo magis receptũ, ut pœnæ falsi non sit locus, sed extraordinariæ, idque colliges ex multis relatis à Menoc. de arbi. iudi. lib. 2. casu 306. & ita etiam receptum esse ait Clar. in pract. in §. falsum, uer. item excusatur, ubi distinguit, ipsum legito, & uideamus, num dici potuerit, Doctori dedecori ascribi, si captura anullaretur: & quia hic agebatur de im mutatione ueritatis circa acta; dico de eis, prout de instrumen-
3 tis dicere consueuerat Bald. noli me tangere; † unde opinor hanc ueritatis immutationem extraordinariè puniendam, quicquid non ineleganter senserit auctor. Et quod septimo nume. dicitur, non ualde mouet, quia illud locum habet ex eadem causa non diuersa, poteris etiam uidere, quid scripserit Cotta in memorab. in uersi. Mendax; Viui. lib. commu. opin. in uer. falsitas. Domin. consi. 24. & non inelegans respon. Iac. Mand. sub nu. 99. qui in materia falsi tres gradus constituit.

Num. 11.

Adde bonum text. c. inter dilectos, de exces. præla. & omnino

cun-

eundem Aym. in consi. 315. in secunda par. & quæ ibi addidi.

Num. 12.

4 Quod in re minima falsitas † non puniatur tanquam leue delictum, adde quod Franc. Bursat. in consil. 111. nume. 13. refert hoc
5 Aym. dictum, & probat; † sed placet, ut cesset pœna falsi, non autē extraordinaria, & in hac sententia est Menoch. in d casu 306. in fi. qui refert hunc locum, & intelligit, vt dixi, nec enim negari potest, quin in minima re immutationes præfatæ damnum non attulerint ex actis scilicet, & expensis.

AD XLVII. RESPON.

1 COMPROBA † hoc responsum ex decis. Rotæ Bonon. sub nu.
2 39. dubitabatur in quadam causa &c. † & in materia præter ea quæ habes in tract. de monetis, & Alb. Brun. in tract. de augum. in ulti. conclus. uide Did. Couar. qui in materia plures facti
3 species constituit, in lib. veter. coll. §. pen. † & ad nu. 6. uide Eman. Suarez in tract. recept. sent. in uer. monetæ &c. qui hunc locum citat, & omnino uide Menoch. in consi. 49. qui in hac materia plene scripsit referendo Aym. nostrum in pluribus locis huius responsi, & specialiter uide sub nu. 46. & seq. quid dicat circa contenta in dicto 6. nu. & sat sit locum retulisse.

AD XLVIII. RESPON.

Nume. 1. & 2.

1 AN iudicis, † uel principis alicuius assertioni credatur, idem Aym. in plerisque locis tractauit, & præcipue in consi. 54. num. 13. & consi. 197. num. 10. consi. 108. num. 2. ubi declarat, & latius consi. 175. num. 3. & consi. 265. num. 3. & seq. & consi. 276. num. 1. & consi. 293. num. 3. ubi plene, & latissime in tract. de Antiq. temp. in secunda par. in prin. & per totam illam particulam, Menoch. qui authorem nostrum citat, tract. de arbit. iud. q. 73. lib. primo, Iac. Phil. (si is est) concl. 42. lib. 3. Gram. decis. 24. uide etiam Bar. in auth. nisi breuiores, C. de senten. & plenam distinctionem apud decisio. Thol. 142. & in pulcro casu Soc. Iun. consi. 85. in 4.
2 † assertioni autem Pontificis creditur regulariter, clemē. prima, de pro-

probat. Quod declara, ut per Iac. Phil. late concl. 27. li. primo, Gramma. decis. 103. nu. 127. & seq. & an credatur de causa in alienationibus rerum ecclesiasticarum uide Rodoa. in tracta. de eccl. rebus
3 non alie. fol. 271. nu. 18. & seq. ceteros prætereo. Et † Cardinali legato de latere an credatur, plene tractat idem Iac. Phil. conclu. 28. li primo, Tiraq. de pœn. tempe. cau. 51. nu. 100. Adde & Ias. in cōs.
4 104. circa quattuor, vol. primo, ubi distinguit † & in Card. Penitētiario, quod credatur, Cassa. in Glor. mund. par. 4. consid. 17. & ad
5 de ad id, quod † Cardinales deponentes sine iuramento non probant, Cat. Cot. in memor. in uer. testi non iurato, licèt faciat præsumptionem in tantum, quod magnus Theologus August. Anconitanus ciuis meus dixerit, quod licet partes posśint iuramentum
6 remittere, † Papa tamen non potest dispensare, quod in dicendo testimonium in iudicio non interueniat iuramentum, de quo dixi in tract. de assecur. glo. 89. nume. 6. & sententiam August. nouissime probauit Iac. Menoch. in tract. de arbit. iud. q. 26. Et quia ex consuetudine tam Cardinales, quàm episcopi, & cęteri sacerdotes iurant in pectore non tactis scripturis, vide de ijs, & in examinandi forma quæ supra scripsi, & Paul. Castr. in auth. sed iudex, C. de episc. & cler. ca. Thol. q. 161. & Stef. Aufred. apud eam, & c. testimonium 21. quæstio. 1. Didac. Couar. in cap. quamuis, §. 1. num. 3. de pact. in 6.

Nu. 8. & seq.

Vide infra consi. 145.

AD XLIX. RESPON.

VERUM esse arbitror, pariat esse, aliquid fieri per metum, vel propter probabilem suspitionem metus, ut per Alex. in con
2 si. 99. volu. 3. Item † & illud addo, religioni iudicantis committi, metus iustus, iniustusve fuerit, probabilis, uel non probabilis, ut per Gram. decis. 18. num. 9. & seq. & decis. 103. nu. 36. ubi hoc receptum testatur, & idē probat Iac. Menoc. de arbitr. iud. casu. 135. qui in fine hoc responsum retulit, & pręcipue quod hic legitur sub nu. 7. & Rol. à Valle consi. 81. num. 27. & consi. ulti. nume. 122 & seqq. vol. 4. & uide Cat. Cot. in memor. in uersi. absentes, qui refert dictū (vt ait), singulare Cyn. in l. interpositas, C. de transact. quod

amis-

amißio magnæ rei est iusta causa timendi, idque And. Sycul.commendat in consi.1.col.42.uer.Modò in casu,lib.primo.Quibus adde quę scripsit in materia metus Io.Bap.Plot.in l.si,quando num. 76.& seq.nu.C.vnd.ui.& Aym.consi.114.& consi.253. Iac.Phil. concl.15.li.2.& plenum responsum Franc.Bursat.72.nu.2. Quod læsio cum alijs coniecturis non debeat concurrere,solę enim cōiecturæ cum superioris reuerentia sufficiunt, de arbit. iud. Menoch.casu 136.in fi.qui hunc locum refert,& uide supra consi.43. nu. 5.adde eundem Menoc.consi.primo, nu.271.& multis nu.seq.

Nume. 8.

3 Dum ait referendo Soc. † solam protestationē sufficere de metu,contrarium probat iuribus,& authoritatibus Iac.Menoc.consi 2.nnme.229.& Bursat consi 73.num.46.in quibus locis etiam metus materia tractatur, & uide omnino, quæ addidi infra ad consil.114.

AD L. RESPON.

2 LICET Baldus † in consi.94.uol.2.hic relato, ubi pro numero liberorum iuxta auth. nouißima, C.de inof.testam.legitima est semis,à filijs sub conditione grauatis solum legitimam detrahi posse existimauerit, illa ratione, ne plus hēat rogatus quàm honoratus, & subiunxerit, nullam glo. iuris ciuilis, nec aliquem tex.de mundo hoc permittere,ut Trebellianica etiam detrahatur, & Aymon noster cogitandum scripserit, in hoc uerè satis nouo, & difficili articulo, ego tamen puto casum hunc ex mente Doctorum,& iuris satis decisum, cum enim sit extra omnē controuersiā hodie quod filius sub conditione grauatus, & legitimam, & Trebellianicam detrahat,ut per Docto. in c. Raynutius, & præcipuè Didac.Couar.§.11.num.5.qui & hoc responsum citat;apparet satis constare,ubi legitima est semis,& Trebellianicam posse detrahi; Nec enim Doctores, nec c.Raynutius, nec c. Raynaldus, distinguunt,sed generaliter dicunt,duas,quas uocant,quartas detrahi; nec nos ergo distinguere debemus l.de precio, ff.de publ.l.1.§. & generaliter,ff.de leg.præst.& si numerus filiorum fauorabiliorem causam facit, ut in dicta auct. nouißima,l.fin.§.si plures,ff.de bon.damnat.cur diuersum statuendum sit, quando legitima est semis

mis ut Trebellianica non detrahatur, quemadmodum quando est triens non uideo; fauores enim ampliandi sunt non restringendi reg.odia, de regu.iu. lib.6. & inducta ad unum finem contrarium operari non debent.l.legata inutiliter, ff. de leg. 1.l.quod fauore, C. de ll.facit text.in l. 1. ff.de iur. anul. aur.& l.per adoptionem, ff. de adop.& quæ late congeßit And.Tiraq. in tract. Nobil.cap.7.nume.48.& seq.numeris. Præterea regula est, quod detrahantur legitima, & Trebellianica, qui uult dicere regulam esse limitatam, uel declaratam probare debet, iuxta doctrinam Bart.in l. quoties, ff.si quis caut.& Deci.in reg.1.ff.de reg.iur. Nec mouet ratio Baldi, ne plus habeat rogatus, quàm honoratus, id enim absurdum non puto. cum habeat ex legis dispositione, cum qua testator se conformare uelle censendus est, ut per Doct.in l.hæredes, mei, in §. cum
2 ita, ff.ad S.C.Trebell.† Hoc amplius tento dicere, quod si legitima filii esset aucta à statuto usque ad semissem, & filius sub conditione esset grauatus, & semissem deduci posse, & deinde Trebellianicam; Nec in authoritatibus hic relatis esse persistendum; cum Doctoribus aliquid cursim dicentibus, & non disputantibus non sit admodum habenda fides, ut ait Ias. consil.151.col.3.uol.3. & dixi in tract.de sponsi.in 4.par.uer. Quæro, igitur, nu.6. Vnde ex prædictis recte puto factum, ut opinionis Baldi ratio non sit habenda, ut Aymon noster inquit, cuius sententiam desiderassem; Nam reperi egregium I.C. Did.Couar.in c.Raynutius, de test.§.11.num. 6.retulisse Baldi relatum consi.94.in 2.& addidisse Apost.ad Alex. consil.3.lib.7.sententiæ Bal.se subscripsisse, & qui Didac.relata illa ratione, ne plus ex hæreditate capiat grauatus, quàm honoratus, sententiam Baldi non improbat; Tu lector candide cogita; Baldi namque authoritas magna est, ut quodammodo nefas sit ab eius sentētia recedere, ubi contradictorem non habet, vt per Dec. in consi.284.col.2.& multa de eo post Catt.Cott. in suis Memorab.in uer.iurisperitis; congeßit Neuiz.in sua Sylua Nuptia lib.5. pagi. in meo Codice 188.& Alciat.in consi.1. lib. 2.nu.6.& Did. grauis iuris interpres in fin. initij ter.par.relect. cap. quamuis, de pact.inquit, censeo multi faciendam esse tanti uiri auctoritatē &c. Nouißime incidi in commentarios Hieron. Cagno.in l. Papinianus, in §.meminisse, num. 19. ff. de inof.testa.qui refert Bald. contrarium etiam in eandem meam sententiam inclinat, additque, &

Pichi,& Dec.au&oritatem;& in epito.in materia fideicom.Fran. Mar.q.51.refertq; au&orem nostrum pro eadem sententia, qui tamen iudicium non interposuit suum,additq; Hyer. Zanch.in l.hæredes mei,in §.cum ita, nume. 815.ff.ad Trebellia. Bertrandumq; & Corn.

AD LI. RESPON.

RESPONSVM hoc refert Arrius Pinell.in l.1.§.3.num.85. uer.& ex nouioribus,C.de bon.mat.inquiens in hoc responso Aymonis uideri etiam mutuas donationes inter coniuges non indistin&e sustineri, ut magis caueas à uulgari allegatione,hæc ille. Sed & Did.Couar. in 4.decret.in 2.par.c.3.§.3.num.2. inquit, receptam,& communem esse Bar. sententiam in l.si donatione,C.
1 de dot.promis.& in l.diuortio,ff.de uerbo. obli. † Donationem in præmium iuuentutis aut nobilitatis factam à uiro uxori, uel contra ualere; subdens hanc communem opinionem reprobare Aymonem in hoc respõso; Certe tex.in l.cum hic status in §.quod ait oratio,& in l.quod autem in §.si uir,ff.de donat.int.uir.& ux.relati ab au&ore ualde mouent; Posses tamen respondere, ut per Ias. in d.l.diuortio,& quod sententia Bar.sit communis, patet ex relatis à Petro Duen.in regu. suis in uer.Donatio inter uirum, uersi. limita undecimo; & Iul.Clar.lib.4.senten.in uer.donatio q. 9.uer.
2 sed pone &c. † & credo ex mente Do&orum fuisse, ut hæc donatio sit irreuocabilis. Planè si esset iuramento firmata fortius dici posset irreuocabilis, nec iuramentum habere tacitam conditionem ex ijs,quæ scripsit Aym.contra Dec.in consi.105. Cuius Aymonis sententiam contra Decium in relato loco late comprobat, Iac.Phil.in suis conclus.concl.1.lib.2. & uide quæ ibi addidi.

AD LII. RESPON.

COMPROBA ex iis,quæ scripsit grauis quidem iuris interpres Did. Couar.in initio 3.par.c.quamuis,de pa&.num.1. & 10.uer. Tertius casus,& uersiculis,sequentibus. Et refert hoc responsum,& non improbat Iac.Menoch.consil.1.nu.166. Et ad regulam,ut substineatur a&us, & non pereat,uide quæ addidi,infra

ad.

ad consi.208. & speciatim ad id quod dicitur, usufructuarium cedendo usufructum intelligi cessisse commoditatem, ut cessio ualeat, uide Arr. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. par. 3. nu. 38. qui disputat. Borg. in libello de usu. mul. relic. num. 66. & seq. adde quæ dicam, infra ad resp. 285.

AD LIII. RESPON.

NOTANDVM arbitror hoc responsum, sæpe namque con
1 tingit in practica; † Ego tamen ubi ciuiliter agitur, seu excipitur de iniuria; nunquam uidi quempiam in patria mea condemnari.

AD LIIII. RESPON.

Nume. 5.

1 AD l. † si hominem, ff. mand. & ea quæ habentur in dicto nume. 5. uide multa ac uaria notabilia quidem, ac quotidiana, relata ab And. Tiraq. in procem. tract. de pœn. temp. à nu. 25. vsque ad num. 38.

Nume. 7.

2 An ex geminato consensu tollatur † remedium l. 2. C. de rescin. uend. Doct. dissentiunt, ut bene animaduertit auctor; & adde Iac. Phil. conclus. 36. in decimaquinta limit. & 21. limit. dum citat Deci. in consi. 583. & denique eundem in 29. limit. qui relatis compluribus consi. Aym. subdit, id declarandum secundum Aymonem in consil. 160. ubi uideas, qui eleganter loquitur, & in materia uide quæ addidi, supra ad consil. 29. & Ioan. Cepha. consi. 51. num. 18. in 1. qui & Aym. consi. 114. prope fi. retulit, & consi. 151. num. 31. tanquam locum uberiorem.

Num. 8.

Adde Iac. Menoch. consi. 21. nu. 20.

AD RESP. LV.

Nu. 15.

ADDE Nico. Festas. in tracta. de æstim. & collect. par. tertia nume. 12. & sequen. qui hunc locum refert, & quod notauit

Cæsar Vrs.in addit.ad dec.67. Matt.ab Afflict.

AD LVI. RESPON.

NE relata referam, breui sic habeto, vide eundem in consi.75. & hoc responsum non semel refertur à Did.Couar.Variar. resol. lib.2. cap.13. nume.2.usque in fi. refertur etiam pluries hoc responsum à Iac. Menoc.de arbitr.iud.li.2.casu 105.ubi plene materia hæc tractatur, & l.1.in §.si quis neget.ff.quemad.testa.aper. & quia sub nu.9.reprobare uidetur, quod auctor inquit sub nu.8. legito, ut, & ipse admonet sub nu.17.qui contra Alex. & alios Bar. sententiam in illo §.si quis neget, sub nu.6.contra Alex.& alios cōmunem probat:& denique in materia uide, quę scripsit Frác.Bursat.in consi.33.num.8.& seq.nume. qui hunc locum, & complurium (vt solet) refert, ex quibus communes sententias habebis.

AD LVII. BESPON.

ADDE, quæ scripsit Did.Couar.in c.7.nu.6.lib.3. Variar. resol.qui eleganter disputauit in hac materia, & declarat resp. hoc, & quæ ipse scripsit, à præsenti responso etiam declarationem
1 recipiunt:& nota in practica, † Quòd agens contra tertium si producat instrumentum annui census, quo appareat constitutus super re particulariter designata, & quod probetur res eadem ad tertium peruenisse, & per eum possideri, ijs interuenientibus possit possessor astringi ad soluendum annuũ censum, nec non ut instrumentum recognitionis annuæ faciat, Item nota ex auctore sola instrumenta recognitionum non probare iura ipsorum censuum, & denique nota cautelam ultimò loco relatam per Did. ad faciliorē exactionem &c. sed & omnino uide, quæ plenè, & eleganter scripsit auctor consi.217.

Nume. 6.

Ad l.merito.ff.pro soc.uide quæ scripsi in tract. de affec. in præfat.num.3.& infra consi.135.num.18.& consi.151.nume.18.

AD LVIII. RESPON.

1 CIRCA arg. † & regulam l.absentem ff.de pęn. in causis scilicet criminalibus instar ciuilium procedi, limita, & declara, ut.

vt per Marsil.in sing.348.& in locis ab eo relatis, & per Roman. sing.718.quæro nunquid &c.& eundem Marsil.sing.437.in causis criminalibus &c.& ad materiam huius responsi vide Iul.Clar. in pract.§.fi.q.2. & quæ addidi supra ad respon.14.

AD LIX. RESPON.

1 HOC responsum † quinquagesimumnonum in dubiũ posset reuocari ex ijs quæ proponuntur. Quando enim traditur modus, & ordo aliquid faciendi ex hominis dispositione forma in dubio tradita censetur, ut per Doct.in c.dilecta,de rescrip. ubi post glo. Doct.hoc asseuerant, & præcipue hoc admittendũ esse,quando apparet,quod dans ordinem vult præcise illum seruari,moti ex c.quiapropter, cap.perinde, & c.fi.de elect.in 6.ex relatis autem uerbis apparere uidebatur ordinem à testatore(vt dictũ est) datum fuisse, dum vult,quod Petrus teneatur intra annũ vxorem ducere,& moram continuo facere cum testatore,& eius vxore &c.& subiũxit, & per ipsam hæredem uoluit omnia per ipsum testatorem disposita de puncto in punctum seruari, notanda ergo sunt illa uerba omnia,& de puncto in punctum. Accedit quod uehemens, & studiosa animi applicatio circa modum faciendi, facit,ut forma tradita censeatur,ut per Doct.in c.cum dilecta, superius citato, Alb. Brun.in tract. de forma.fol.34.col.4.uersi.sexta sit conclusio &c.Et prædicta comprobantur,ex ijs quæ plenè scripsit præceptor meus Paul.Paris.in consi.19.vol.2.& sat sit locum retulisse, nec improbandum uidebatur quod ad matrimonium Petrus inuitaretur l.Titio,§.Titio.ff.de cõd. & demõ.& in simili probat idẽ Paris.in relato loco,& uide sub nu.149.& seq.& uide à nu. 249.usq; in fi.Hæc addidi non causa improbandi Aym.nostri responsum,sed ut lectorem admonerem, reperi enim nuper Io.Ceph.in consi.80.in primo,qui hunc locum refert,& probat,& ad similem quæstionem refert, & certe magna æquitas suggerit ut hoc & illud responsum admittantur, nec desunt rationes.

Num. 1.

2 Circa verba cum pacto, † & conditione, adde quæ declarando latè scripsit Car.Ruy.consi.127.proponitur &c.in primo,ubi etiã de materia modi, & consi.26.num.7.& seque.vol.2.& consi.139.

num.

num.3.vol,1.& consi.12.num.38.in ter.& Paul.Parisi.in relato re pon.ac etiam in materia Iac.Menoch.consi.52.nu.6.& uide quid dixerit Dec.consi.2.num.5.de uerbo,illa conditione &c.

Num. 2.

Adde Ruy.in consi 61.num.5.vol.2.& consi.43.nu.10.eo.vol. & consi.primo,nu.9.in primo vol.

AD LX. RESPONSVM.

HOc responsum non eget additione,subtiliter enim,& eleganter probat sententiam suam; solùm circa ea præc puè, quæ paulo ante finem & in ipsa fine respon.addo text. in l.per fundum, ff.de seruit.rust.præd.& l.6.ff. com.præd. & faciunt scripta ab eo, infra consi.63.nume.1.

AD LXI. RESPON.

In princip. & nume.7.

1 NOTA declarationes ad l.†quintus,ff. de dona.inter ui.& ux. & adde Iac.Phi.(si is est) conclus.14.lib.1. vbi ampliat,& limitat legem, & non semel hoc responsum refert; & plenè Sylua Nupt.li.4.nu.20.& seq.Alciat.in tract.de præsump.in tertia regula uer.29.adde etiã,l.etiã ubi Bart.C.de dona.inter ui. & uxo.Car. Cot.in memo.in ver.concubina,& in vidua quid sit magis receptũ scripsit Paul.Paris.consi.80.uol.1.adde etiam Riminal.institu.per quas person.nob.acq.§.1.nu. 29. & sequen.

Num. 8.

Ad l.qui iure familiaritatis, adde Iac.Menoch.de arbi.iud. casu 160.& Cur.Iun.consi. 168.num.32.

Num. 2.

Vide quæ addidi infra consi. 165.

AD LXII. RESPON.

Num. 6.

SEXCENTAE possent referri authoritates ad glo.in d.l.Lucius, sed placet tantum addere Iul.Clar.in §.testamentum.q.77.ubi

alia

alia responsa authoris refert, & Alfan. in suis iur.collect.col.845. Cat.Cot.in memo.in uer.filii. Moderni in tracta. de attenta.in 6. par. Menoc.de arbit.iudic.casu 148. Hyer.Zan. in repe.l.hæredes mei, §.cum ita, num.764 & uide omnino Aym.infra consi.130 & Rolan.consi.18.uolum.4.ubi latè, & consi.51.in tertio, Fran. Marza.in materiam fidei.q.20. Sfor. Oddo in tract.compen.sub par.5. pagina.168.

Num. 7.

Adde Io.Ceph.in consi.330.num.3.& nume.46. in 3.qui hunc locum retulit & declarauit, & quod dixit infra consil.130. num.6. & sequen.

Nu.13. & seq.

1 Nota declarationem † ad §.sin autem ad deficientis, in l.unica, de cad.tollen.& adde ad declarationem Dec.consil.15.in fi. Goza. in consi.30.nu.8.& seq.Ias.consi.41.in fi.uol.1. Paul.Paris.conf.35. num.18.& seq.uol.3.Aym.nostrum consil.297.col.7.& seq.Cur. Iun.consil.99.nume.7.& declarat Iac.Menoc.consi.14.in fi.

AD LXIII. RESPON.

CVM sint tractatus de iure patronatus ad ipsos confugito, & Dec.qui in hac materia pluries consuluit, & quando censeatur derogatum, uide Cassad.decis.2.in tit.de proba.Fel.in suo trac. Quando lit.app.noceant Pa.Aym.infrá consi.68.

AD LXIII. RESPON.

Num. 1.

ADDE quod hoc responsum refertur, & non improbatur à Rolan.à Vall.in consi.57.num.45. in 1.uol. & comproba ex iis quæ scripsit Paul. Paris.consil.109.uol.1. & uide, quid dixerit in
1 consil.sequen.eo.uolum. † Sed & addes, quod obligatio facta per aliquem ad aliquod factum tacitum habet diem, infra quem possit illud fieri, l.ita stipulatus, l.interdum, l.continuus, in §.cum ita, & in §.item, qui insulam, ff. de uer.obliga. & cum dies tacita præterit, interpellat sicut expressa; ex lapsuque temporis constituitur obligatus morator sine interpellatione, & ita declarat Bald.Affli.in d.c. domi-

domino guerram,§.ad hæc,num.16.& sequen.Vnde in facto proposito,quo ad hæc, quæ habentur in hoc.1.nume. operæpretium erat scire, quamdiu post promissionem decesserit Caherina, item an Domina Franc.esset in eodem loco,uel alio propinquo,uel longinquo, ita quod in mora constituta iudicaretur.

Num. 2.

Adde Gaspar.Caball.in tract. de euict.§.3.nu.54. qui hunc locum refert, & aduersantes.

Num. 4.

Meminit de auctore hic, & probauit Gasp.Caball.in tracta. de euict.§.5.In quibus casibus euictio locum non habet, nu.31. ubi
2 declarat†l.si fundum,C. de euict. & nouam (ut ait) ipse assert,declarationem, tu si libet, uideas probanda,improbandaùe sit.

AD LXV. RESPON.

HOc responsum non nulla quotidiana continet, ideo notandum, & quoniam hic agitur de probatione tenoris testa-
1 menti,placet addere,quomodo †testamentum in scriptis publicetur, & in publica documenta scripta in eo redigantur, uide ergo Doct. in l.publicati C. de testa.& plenum Roland respon.sub nume.36.vol.1. & de testamento in scriptis Iaf.consi.67.vol.3. Grá. decis.106.& Aym.consi.158.

Num.1.

Vulgaris hæc materia tractatur plenè à Fely. in c.fraternitatis
2 de test.Soc.in suis reg.in uer.testes,† adde ad rem alios casus relatos à Marsi.in l.1.in §.fi. de quæst.& ad declarat.Aym.nostrum infra consi.74.nu.4.& seq.consi.134.num.45.& seq.Cat.Cot.in Memor.in uer.test.Tu uide quid post Roman. & Rip.dixerit Menoch.de arbit.iudi.casu 51.nu.39.& stuct. infra consi.134. Rolan.à Valle in cons.88.nu.15.in 3.& prætermissis alijs locis,uide Frác. Viu.in lib.com.opin.in uer.testis in causa principali,ubi ait de iure ciuili receptum esse, ut in causa appellationis possint recipi testes publicatis testimonijs in causa principali super eisdem articulis,uel directò contrarijs l.fina.C.de test.subiungens ita seruare consuetudinem,& pacticam in terris imperij.& hoc esse no.cum
3 uiderit complures aduocatos errare, † ex quo posset inferri cum

ſint aliquæ ciuitates, prout Bonónia, Rauenna, & Anc. quæ ſtatuerunt primùm ius ciuile ſeruari, deinde ius Pōtificiū, vt teſtes publicatis atteſtationibus ſuper eiſdem, uel directo contrarijs ſint recipiendi, & examinandi, quod ſtatutum mandans prius ius ciuile ſeruari in ijs, quæ nec peccatum, nec ſpiritualia tangit, ualet, maxime ſi eſt confirmatum à ſummo Pontifice, ut per Calde. in titu. de conſtit. conſi. 18. & Goza. qui reſponſa Alex. refert in conſi. 86. nu. 20. uidetur prima facie &c. & uide eundem conſilio. 101. Alb. Brun. in tract. de ſtat. fęm. art. 5. uer. vndecimo quæro &c. Paul. Pariſ. conſi. 27. uol. 3. Hyeronimus &c. & adde quæ habentur per Menoch. in 4. remed. Adipis. num. 219. & ſeq. nu. Soc. Iun. in conſi. 8. vol. 3. Hoc enim ſtatutū cum ſit ualidum pertinet ad uarias, & quotidianas quæſtiones, de quibus in relatis locis, & nota quia prima facie, cum hæ ciuitates immediate ſint ſubiectæ ſan. ſedi Apoſtolicæ, non deeſſent, qui dicerent, ſtatutum non ualere, ſeruandumq; non eſſe, Anconæ tamen ex praxi teſtes non admittuntur in relato caſu, & uide quæ dicam infra in conſi. 281. num. 6.

Num. 9. & ſeq.

Notabilis eſt hęc declaratio; & defenſio, ne teſtis uarius, & periurus eſſe dicatur, ſecúndum ea ergo quæ hic habentur, declara quæ ipſe Aym. dixit conſi. 6. nu. 15. vbi addidi, & Viui. lib. comm. opin. in uer. teſtis oſtendens &c.

Nume. 11.

Nota, & adde eundem Aym. conſi. 158. Gram. omnino deciſ. 106. num. 9. & ſeq. nu. Foller. in prac. in ſec. par. ſe. par. in uerſi. Item quòd commiſit falſitatem, num. 37.

AD LXVI. RESPON.

CONFIRMA hoc reſponſum ex ijs, quæ late ſcripſit And Tiraquel. in tract. de retract. lignager, glo. 10. §. 1. q. 7. num. 40.
1 ubi ait pendente controuerſia int. emptorem, & conſanguineum, ſi conſanguineus ſuccumbat, & tempus anni præfinitum labatur, nihilominus poſsit intra annum finitæ controuerſiæ uti illo iure retractus, quod declarat, ſi uictus probabili ratione motus ſententiam dixit nullam, ſecus ſi improbabili, & temeraria, ne illi ſua temeritas proſit, argumen. l. negotiorum, in princip. de appella-

la.& l.tutor, in princip.ff.de vsu.quem tex.auctor hic citat, subiungit, & alia.

AD LXVII. RESPON.

Num. 5.

ADDE quę latissime cumulauit Iac.Phil.(si is est) cōcl.33.li. 5.qui sub sexta limitatione retulit hunc locū.Bursat.co.nf.67. nume. 9.& consi.71. &addes Hiero. Zan.in rep.l.hæredes mei, in §.cum ita, ff.ad S.C.Trebe.qui refert per senat.Grat.contra hoc responsum iudicatum, & ipsum Crau. dixisse in le.cum filiofamilias nu.350.in secun.par.ff.de le.1.uide ipsum Hier.sub nu.305.& forsan Auctor, hic se refert ad resp.supra c:.

Nume. 2.

Idem Burs.consi.89.nu.59.ubi alios probantes refert.

AD LXVIII. RESPON.

IAC.Menoch.in tract.de arbitr.iud.casu 201.nume.19. Aymonem nostrum & hic, & supra consi.7.nume.11. & consi.209. col.4.uer.considero retulit, & damnauit, existimans parem esse virtutē obreptionis, & subreptionis. Sed ipse in aliquibus lapsus est, nam in relato loco sub nu. 13.nullam apud bonos auctores differentiam ait constitui inter obreptionem, & subreptionem, cum (vt ait) uerba obripio, & subripio, à quibus obreptio, & subreptio descendunt, idem significent, subdens obripere est latenter rapere, ita
1 & subripere, fallitur enim, nam subreptio non à verbo, subripio, sed subrepo descendit, & non dicitur obripere, sed obrepere, ut apud Horat.

Verum operi longo fas est obrepere sommum.

2 Et est compositum à uerbo † repo, repis, repsi, reptum, & propriè dicitur de animalibus, quæ pedibus, & uentre gradiuntur, ut sunt uermes, dicuntur etiam repere, quæ paruos pedes habent, ut apud Plaut. in Amphi. cum veneris filia, angues repsisse tellus epirotica uidit, & Horat. Vulpecula quærimam repserat in lumeram, unde ciuis reptitius, idest, qui velut clanculum irrepsit in hāc urbem nouus homo, unde reptilis, & hoc reptile, quicquid repit, unde etiam obrepo,

obrepo, & secundum Budeum est latenter progredi, & fallaciter
3 adire, & translatiue fallere, hoc est incautum aggredi. † Et obreptio cōsequēter latens, & fallax aditio; & fateor probari legibus ab eo relatis, & alijs authoritatibus obreptionis, & subreptionis noīa confundi, nam ex eo, quod subripere est clam auferre, & subfurari, factum est, vt usurpetur pro eo, quod est, per mēdacem etiam narrationem aliquid extorquere, & quasi furari, & unde subreptio ipse subripiendi actus, & translatiue impetratio, quæ fit à Principe, siue magistratu per falsam narrationem, aut taciturnitatem rei exprimendæ, conueniunt ergo ambo hæc nomina uerbalia, & ipsa uerba siue ex falsa expresſione, siue ex taciturnitate rei exprimendæ per fallaciam, ubi quid impetretur. defendique possunt relati Doctores, qui differentiam constituerunt inter relata nomina, & uerba, uel ex eo, quod plerunque euenit, ut nomina, & uerba confundantur, ut Grammatici de nominibus ioco, & ludo scripsere: nam licèt alterum ad uerba, alterum ad facta referatur, confunduntur tamen non semel, & sexcentis exemplis posset comprobari: vel verius dicemus, quòd iuris interpretes docendi, demonstrandiq; gratia relatos modos fallendi, magistraliter (vt nostri loquuntur) in tacentibus non tacenda, vsi fuerint subreptionis noīe, in exprimenti
4 bus uero mēdaciter nō exprimēda obreptionis: † Sed & illud adnotādū est, dū Iac. Men. ait parē esse virtutem utriusq;, id nō admittendum puto, tam & si legamus utrunq; gratiæ rescriptum uitiare, uerius tamen esse existimo, quod noster Aym. post Bal. Alex. & alios ait, magis odiosam esse obreptionem quàm subreptionem, maiusque uitium aliquid per fallaciam exprimere, quàm illud omnino tacere, quod & idem Aym. probauit infra consi. 296. col. 5. uer. considero etiam, quòd grauius est vitium obreptionis, & vide in 7. col. uer. tertio respon. & Hyeroni. Cag. in regula expressa, ff. de reg. iur. pro qua sententia uidetur tex. in l. exigere in 2. respon. ff. de eden. & quod grauius sit delictum in committendo, quàm in omittendo sexcentis exemplis demonstrat And. Tiraq. respondens contrarijs
5 de pœn. temp. causa. 44. per totā, & ratio naturalis hoc suadet. † Deniq; dum idem Iac. Men. ait, & probat, rescriptum gratiæ æque uitiari ex subreptione ac ex obreptione, ego quidem, ut sententiam interponam meam, qualitatem rei tacitæ, & rei mendaciter expresſæ spectandam puto, de quibus plene in relato casu, & seq. facile e-

nim euenire potest, ut maioris sit ponderis, quod est tacitum, quã illud quod mendaciter est expressum, circumstantiæ ergo, & quali
6 litates sunt considerandæ, & data æqualitate, & paritate qualitatis expressæ falsò, & tacitè rei necessariò exprimendæ, grauius esse puto, magisque aptum ad anullandũ quod est expressum, quàm quod est tacitum, sed & addes quæ dixi supra in consi.7.nume.2.& quæ illic scripta sunt huc erunt transferenda, & in hac materia subreptionis, & obreptionis confugito ad ipsum Iac Menoch. in relato casu, & seq. qui plene scripsit, & hunc non semel retuli t, & uide infra in relato consi. 296.

Num. 2.

Adde Iac. Menoc. de arbitr. iud. libro secundo, casu 201. num. 5. qui refert, & probat, addens Paul. Paris. consil. 31. numero 22. in primo.

Num. 6.

Adde Guig. in tract. de rebus eccle. non aliena. de causa commoditatis, nume. 67.

AD RESPON. LXIX.

1 Hoc responsum notandum est, quia bene explicat † quomodo concipienda sit clausula codicillaris, vt uim habeat, iuxta doctrinam Bar. in l. 1. ff. de iur. cod. Doctores namque complures de clausula codicillari loquuntur, nec distinguunt, quomodo concipiatur, aut admonent iuxta ea quæ proponuntur spectandã esse, ut patet ex scriptis à Paul. Paris. in cons. 60, nume. 24. vol. 2. qui
4 un.ui nu.76.tamen† requisita ad probationem iusti metus explicãtur in l.metũ,C.eo.& nouissime per Fran.Burs.in consi.72.nu.33. & in hac materia metus habes plura relata à Meno.in cõs.1.& 2.& Burs.consi.72.de quo infra in seq.resp.nu.13.& seq.nu. & de metu uide Alciat. in in consi.5.lib.1.

Nu.9.

Adde quæ scripsi supra ad consi. 7. ubi in enormissima læsione regulariter consulitur,fallit ut uides hic,quando ex uerbis apparet, quod donat,& declara ut in consi.11.

Num.13.

Læsio in iure quærendo, quòd non consideretur uide Ceph.in consi.334.nu.6.vol.3.& nu.55.& seq.ubi auctor in alijs locis citatur ipsum legito.

Nu. 17.

Rolan.à Valle consi.44.volu.4.in primo dubio,† tentat dicere donationem factam in casu suo à patre filio ob causam matrimonij,non dici simplicem,sed ob causam,& quærit euitare sententiam Old. qui simplicem esse putauit, an autem bene senserit Rol. tu uideris,Old.enim pater legum nuncupatur,& sat sit admonuisse, ualde quidem dubitandum puto de responso Rolandi,& declarationes,seu responsa data ad Oldradum,& auctorem nostrum dubia sunt,& forsan non admittẽda,& vide quæ notaui infra apud responsum 136.

Nu-

6 Hanc ultimam sententiam,† quod geminatio in minore parum operetur, probat Paris. consi. 12. num. 69. & seq. uol. 1. de qua geminatione uide multa relata ab auctore in consil. 201. nume. 4 21. par. 2. & Paris. in consil. 9. num. 19. uol. 3. Illud omnes admittunt,
7 † maiorem uim habere ex interuallo factam, & receptam testatur Alciat. in comment. titu. de uerbo. sign. pag. 41. & Eman. Suarez in lib. recept. senten. in uer. geminatio; & extat tract. Corsett. de uerbis gemin. & in hac materia geminationis, uide omnino Io. Cro. in l. 1. col. 8. ff. de uerb. obl. Fely. in c. si cautio, de fid. instr. Ruy. con. si. 55. nu. 7. uol. 5.

AD RESPON. CXV.

NOTA. & Aym. & Soc. sententiam in consi. 4. col. 1. uol. 3. ut sententia Bar. in l. eos, nu. 6. ff. de fals. locum non habeat, ubi primi testes extra iudicium deposuissent, & se ad illud examen extraiudiciale retulissent; & sic intellige scripta à Menoch. de arbitr. iud. li. 2. cent. 2. casu 109. & hoc illi adde, non enim de Soc. & Aym. nostro hic meminit, sed & vide quid idem auctor dixerit, infra consil. 290. nu. 5.

Nume. 6.

Refert ac probat Menoch. de arb. iud. casu 470. num. 9.

AD RESP. CXVI.

INNOCENTIVS in cap. fin. de his quæ fiu. à maior. par. cap. † inquit non ubique fieri illam diuisionem quartarum secundum quod habes 10. q. 1. c. antiquos, & c. de his; consuetudo enim in talibus est obseruanda: certificari, de sep. ubi hæc ille; & consuetudinem spectandam inquit Io. de Tur. crem. in dictis cap. quem legito; sed & addes Ab. in c. 1. de ecc. ædif. ad quem confugito, qui subiunxit se intelligere quod Innoc. ait, ualere consuetudinem, ita tamen quod episcopus non possit se excusare quo minus pauperibus prouideat licet reditus sint in confuso, quia talis consuetudo esset irrationabilis 16. q. 1. cap. fin. & circa id quod dicitur committi iudicis arbitrio, an consuetudo sit irrationabilis, uide Iaco.

Nume. 5. & seq.

1 NOTA hoc respon.† ad declarationem l. fi.ff. de his, qui deiec.uel effud.& refert auctorem Petr.à Plag. in epit.Delict. ca. 6. num. 31. & sequen.qui late in materia scripsit, Adde etiam ad dictam l.fi.Io.Bap.Plot.in repet.l.si quando, num.694.C.und. ui.Menoch de arbit.iud casu 122.

Nume. 8.

Nota notabilem declarationem ad doctrinam Bar.in l.si ex plagis in §. Tabernarius, ff.ad l. Aquil.

AD RESPON. CXX.

Nume.. 1.

2 ADDE ne decipiaris, † quæ idem Aym. inquit in consi.253. num.6.ubi distinguit quando metus noceat tertio,ipsum legito; Item adde, quòd sententia Ias.hic relata in l. 1. C.si quis aliq. test prohib.reprobatur,ut idem Aym.in relato loco scripsit, & Ia. Menoch.in tract.de arbit.iud.casu 395. nu.2. & quia refert glo.in l.2.in uer.remoueri,C.si quis ali.test.pro.uide eam, bona namque fide in citato respon. retulit Aym.noster, & adde hæc dicto Menoch.qui de prædictis,& Aym.resp.non meminit.

AD RESPON. CXXI.

Nume 1. & seq.

1 NOTA †ad defendendum inhibitionem,nominibus inhibentium in ea non expressis,quod generale nomen officij sufficiat,ubi certitudo uerisimiliter habetur; & adde in materia inhi-
2 bito.quod Rota decis.28.de appel.in Nouis,inquit† tria ad canonicam inhibitionem requiri;Primum,quod sit appellatio ex probabili causa,deinde quod negocium sit deuolutum, & illud tertiū quod ipse iudex cognoscere incipiat,an causa huiusmodi appellandi probabilis sit, adde & Paris.consi.108.num.5. & 6.lib.1. refert
3 Boccat.in annot.ad constit. Egid.num.58.ubi multa de eo,† & de inhibitione nulla quòd non impediat omisis aliis, uide Soc. Iun. consi.47.in 4.& de ea quæ fit contra ius Dec.consil.460.num.26.

O &

4 † & quod regulanda sit secundum preces & rescriptum,& si egrediatur,non ualeat, Pau. Paris.con.39.uol.1.

AD RESP. CXXII.

ADDE Fely. in c.ad audientiam.2.de rescrip.& in hac materia, in qua de animæ periculo agitur, relatione solum contentus sum; uide ergo,quæ latissime Nic. Boer.scriptum reliquit, in tract.de potest.leg.à lat.nu.212. usque in fin.qui est in 2. Tom. Io. Stahpi.in tract.de grat. & expect.§.& in hac, nume.26. & seq. numeris, Tom.4.ex quibus locis habes quid sit receptum, & uide etiam in tract.de pension.& denique adde Did.Cou.Variarum resolu.lib.1.c.5.nu.5, qui auctorem referendo declarat, seu uerius damnat.

Num. 14.

Circa sigilli probationem adde Did.pract.quæstio.c. 22. Iaco. Menoc. de arbi.iudi.lib.2. cent. 2. casu 113.

AD CXXIII. RESPON.

Num.1.& seq. nume.

ADDE supra consi.26.de quo responso hic meminit, & infra consi. 168.nu.5. & quæ latè scripsit Rolan. referendo hunc locum in consi. 19.nume.38.& seq.nume.uol.1.& adde quæ dixit Cepha.consi.350.in 3.

Nume. 9.

Vide Cepha.consi.27.num.9.in 1.

AD CXXIIII. RESPON.

Vide supra in materia consi.14.

Nume. 11.& seq.

Declara ut per Goz. consil. 94. in fin.Bello. consil.11.nume.9. & uide Afflict.decis.14.num.8. & latius decis.325. Alciat.consil. 66.in quin.Ruy.consil.40.nume.7.& consil.44.nume.1. & consi. 47.uolum. 4.

Num.

Nume. 13.

Adde ad declarationem, d.l. quemadmodum, §. fi. eundem infra consil. 204. num. 18. & seq.

AD RESPON. CXXV.

Num. 1. 2. & 3.

PRobat Franc. Ripa in l. in quartam, num. 175. quem uide in anteced. & seq. numeris, vbi de libris plene, & Bal. consi. 21. Quinque quæruntur &c. lib. 1.

Num. 4.

1 Circa uero alias † expensas regula est, quod non imputentur di
2 uisionis tempore à fratribus, tanquam donata censeantur; † amplia etiam si statuto caueatur, quòd pater tractet filios æqualiter secundum Alc. in tract. de præsum. reg. 1. uer. septimo. Adde Marti. Laud. in consil. 46. & apud eum Franc. Mari. Plo. qui refert Bal.
3 in præal. consi. 21. quod omnino uidendum est, † tempera reg. in re dubia, contra uero ubi de uoluntate contraria apparet, secundum Aymo. nostrum hic & recte, hoc enim innuit text. in l. quæ
4 pater, ff. famil. ercis. † Declara tamen, ut habeatur ratio alimentorum, quæ ipse ad studia extra patriam degens, si domi permansisset, facturus erat, & ad quæ pater tenebatur, & hoc ratio naturalis dictat, secundum Aym. hic sub nume. 9. & uide quæ habentur infra, consil. 133.

In ultima quæstione.

Comproba & declara, ut per Franc. Ripam in l. in quartam, nume. 157. & sequen. ff. ad l. falci. ubi de filio lucrante ex pecunia patris plene.

AD RESPON. CXXVI.

1 PLacet auctoris sententia, quod generalis derogatio † in casu, de quo agitur, non sufficiat, specialis autem ut proponitur sufficiat, & indiuidua, seu singularis non requiratur, cum ex proposita derogatione speciali satis de mente derogantis constare uideatur, & quoniam ut uides in articulo proposito Doctores in diuersas sententias distrahũtur, & ad hęc tempora deuenimus, vt autho-

uniuersitati, seu congregationi monacorum, difficilius enim tale priuilegium tollitur, citat Roma.consi.47.quod pertinet ad casum de quo agitur, sed non monet, quia sat est, quod mens derogantis appareat, quæ ex clausula relata uere apparet, denique Alc. ait stylum curiæ non esse trahendum extra curiam in lite vertente in partibus, sicut dicimus de regu.cancell.sed & hoc etiam non mouet, quia (vt dixi) hæc est interpretatio à practica, & consuetudine facta &c.

AD RESP. CXXVII.

VIDE ad materiam Rolan.à Val.in consi.81.uol.4.

AD RESP. CXXVIII.

ADDE hic quę notauit Stef. Aufr.ad cap. Tholo.decis.395.& quid dixerit Plot.Iun.in addit.ad consi.Mart.Laud.36.referendo Menoch. sed & addes Rol. à Val.qui late disputat referendo
1 auctorem consi.88.uol. 2. † Qui quando uersamur in crimine lęsæ maiestatis contra ipsum principem probat, bona alibi sita ad ipsum principem pertinere, vt habeat suæ iniuriæ vltionem c.1.§.denique, quæ fue.prim.cau.ben.amit.prout auctor subdit hic sub nu. 7. subdens hanc sententiam magis receptam, ut dominus consequatur non feudatarius, ubi in supremum dominum committitur crimen læsæ maiestatis, & idem Rol.consi.73.vol.4. & consi.78. nume.27.in secundo.

2 Placet igitur † hic quæstionem aliàs ex facto agitatam, quoniã in hoc responso de bonorum cõfiscatione tractatur, inserere. Ex facto proponebatur Reu.Cam.Apo. quibusdam Florẽtinis ex familia Vgolinorum locasse scripturam, hoc est Anconæ Duanam, seu depositariam, cum reditibus ad eam pertinentibus, & in locationis instrumento inter cætera capitulum tale factum, *che de fraudi che se ritrouassero*, aliàs *retrouassero in Ancona, ò suo distretto per la Duana, ò altri datij attinenti ad essa depositaria, dando il quarto allo accusatore di quello si cauasse, del resto habbi la metà la detta camera, & l'altra metà li condutori;* Proponiturque cassas decem spatarum per N.Sempronio uenditas, easdemque adiecto nudo, & falso nomine.

mine Titij nauim cuiusdā Anconitani sub prætextu, quòd in cassis saponi continerentur, oneratam fuisse, transmittendi gratia ad Turcas, & hostes, extractasque soluto ordinario vectigali, seu gabella; idem Anconitanus nauis magister cum Constantinopolim nauigaret in ciuitate Ragusij quasi sorte comperijt, se deceptum, & loco saponum spatas oneratas fuisse, compertaque fraude rem ipsam Reip. Ragusinæ pandidit, & tandem cura, & industria eiusdem reipublicæ Ragusinæ, Anconitanæ ciuitati fœdere iunctæ, easdemmet cassas asportatas fuisse ad ciuitatem Anconę, re itaque cognita, & emptorem, & uenditorem tanquam delinquentes, & qui curauerint ad turcas, spatas asportari, in pœnam ultimi supplicij cum confiscatione omnium bonorum, & præsertim spatarum cameræ Anconæ condemnatos fuisse, suborta ex ijs lis fuit, & quę situm quis ad bona, & spatas præcipue admittendus esset, & quis fiscus, an Reu. Camera, uel Vgolini conductores, seu magis communitas Anconæ &c.

Dicet aliquis ad reu. Cameram bona pertinere, ipsamq; fiscum intelligi, quia crimen læsæ maiestatis commissum est l. eius, ff. ad l. iul. maiest. l. fi. C. quæ res expor. in illis uerbis, pernitiosum namq; Romano Imperio, & proditioni proximum est, Barbaros quos indigere conuenit telis, eos ut ualidiores reddantur instruere, & dixi in tract. de Mercat. par. 4. num. 13. facit c. ita quorundam, & c. 3 ad liberantium, de iude. ex quibus uerbis constat † pœnam esse cōtra tales peruersos homines ultimi supplicij cum bonorum confiscatione, facit lex cotem ferro, in §. qui maximos, ff. de publ. & le. mercatores, C. de commer. & mer. & uidetur casus legis in d. l. 2. C. quæ res expor. in fi. ibi, bona uniuersa fisco adijci, cum regulariter de iure bona non confiscantur, auth. bona damnatorum, C. de bon. dam.

Comprobatur, quia cum sit crimen læsæ maiestatis non possit comprehendi in concessione generali maleficiorum communitati Anconæ facta à Reuer. Camera, & minus in conuentione cum Vgolinis, & ar. est, quod crimen falsi, quod non est ita grauе, & tamen non comprehenditur in sermone generali, ut per Bar. in l. Lucius, in fi. ff. ad S.C. Turp. & late Mars. in rubr. de fal. nu. 13. & propius ad rem facit text. in c. si quis cum militibus. 6. q. 1. & quæ late scripsit Hyero. Gig. in tract. de cri. læsæ maies. in quæst. 9.

Rur-

Rursus occureba, casum istum speciatim reseruatum in Bulla in Cœna domini, ut patet ex ipsa Bulla. Item in Bulla reintegrationis factæ per Paul. III. communitati Anconæ excipitur crimen læsæ maiestatis.

Deniq; pro Reuer. Camera facit regula, quod alicui debetur in uindictam suæ iniuriæ, immediatè sibi debetur, & alteri condonari non debet, l.2.§.emancipatus, ff.de col.bon.l.at ubi, ff.de pet. hære. Dominus ergo debet habere in suæ iniuriæ ultionē, c.1.§.denique, quæ fuer.pri.cau.ben.amit.faciūt scripta à Dec.cōsi.607.col. pen. Paris.cōsi.21.nu.53.uol.1. quod & multis probat Rol. à Vall. consi.78.uol. 2. Cum ergo summus Pontifex præcipuè offendatur, ipse iniuriæ sibi factæ, ut habeat ultionem, fiscus erit; Quod autem iniuria sit ei illata, relata iura probant, & adiuuantur prædicta ex iis, quæ habentu rin l.fi. ff. qui sat.cog.

Pro Vgolinis autem, & cōductoribus facit, quia certi iuris est, quod capitulia facta cum Principe habent uim contractus, ut per Doct.in l.digna uox, C.de leg.& in l.donationes, C. de don.inter.
4 uir. & uxo. & † Camera Apostolica habet potestatem colligendi, & distribuendi introitus ecclesiæ per officiales Cameræ, seruariq; debeat cōtractus cum ea facti, ut late tradit Dec.in consi.404. qui ad rem multa adducens respondit; Cum ergo in capitulis generaliter dicatur, de fraudibus fieri diuisionem, ergo &c. Idem enim operatur sermo generalis regulariter, quod specialis, l.si chorus, ff. de leg.1.l.omnes, C. de præscrip. & remoueri uidebatur consideratio in fauorem fisci, quia fit diuisio, & non excludatur fiscus, ut dictum est: Præterea locat omnes introitus, & hoc est pars introitus, ergo hic casus comprehenditur. Præterea ex locatione, seu cōcessione excludi communitatem Anc. apparet, qui maleficia tanquam separata ponuntur à fraudibus, cum ergo distinguantur in capitulis, & non possit negari, quin sit commissa fraus & quidem maxima, communitas Anconitana sub colore, quod maleficia ad se pertineant, excludi uidebatur.

Ex parte uero communis Anconæ multa occurrebant, & primò, Communitas Anconæ per S.D.N. Paul. III. fuit restituta, & reintegrata, prout erat ante annum 1532. ut liquet ex Bulla,
5 † restitutionis autem uerbo intelligitur, ut unusquisque ius suum in integrum consequatur, l.quod si minor, §.restitutio, ff.de mino-

&

ea maleficia nuper pro duabus partibus communitati attributa, & ex sententia Romæ lata generaliter circa maleficia, disponens pro duabus tertiis ad communitatem spectare.

Nonò quòd communitas Anconæ sit hoc casu fiscus, demonstratur ex sententia lata, pro qua est præsumptio non leuis, l. 2. C. de offi.ciui.iud.ibi (quod non arbitramur &c.) & facit quod inquit Bal. in l.unica, in fi C.ne quis in sua cau. & tex.iuncta glo.in l.Hærennius, in §.Caia, ff.de euict.& quæ late scripsit Alciat.in tract.de præsump.in 3.regn.uer.Nonò præsumitur &c.

Decimò pro communitate facit, quia (ut dictum est) instrumētorum, breuium, & sententiarum prædictarū uirtute, maleficia pertinent ad eam pro duabus tertiis partibus, & est restituta in pristinum, ergo emolumenta ad eam spectant, ut per Aym hic num. 3. & 6. uer. Nec obstat, est enim argumentum non leue, maleficia sunt communitatis, ergo & emolumentum l.solum in §.merum, ff. de rei uen. hæc enim concessio habet in se emolumentum annexum.

Vndecimò ex uerbis capituli relati ostenditur, Vgolinos nullū ius habere, Dicitur enim in c.de fraudibus quæ reperirentur Anconæ uel in eius districtu; sed spatæ fuerunt repertę in ciuitate Ragusij, ergo cum uerba non conueniant, nec eius dispositio, l.4.§.toties, ff. de dam.inf.

Duodecimò, quia illud uerbum de fraudibus, non uidetur conuinci in casu huiusmodi, sed intelligendum de rebus, quæ propter non solutam gabellam in commissum inciderunt; & quia uerba intelliguntur secundum subiectam materiam, l.si unus, ff.loca.l.insulam ff.præscr.uerb.l.damni infecti, ff.de dam.inf.& quod tunc dicatur proprie in hac materia fraus facta, est text. in l. fraudat. ff. de publica.sed in casu, ut proponitur, fuit soluta gabella; ergo &c. una enim res pro alia fuit extracta, & ut dicitur apparere ex capitulis Duanæ, solutio in extrahendo cassas semper est uniformis.

Decimotertiò comprobatur hæc sententia, Nam ex capitulis Duanæ, cum quibus fuit facta Vgolinis locatio, constat huiusmodi res prohibitas non posse extrahi, ergo nihil ad eos, & fraus esse non potest, & non cadit, quia non entis nullæ sunt qualitates, l.si eius, ff.si cer.pet.in stit.de usufr.in princ.

Decimoquartò negari non potest culpa ipsorum Vgolinorum

P seu

ſeu miniſtrorum ſuorum ſeparatas prædictas extractas fuiſſe,unde ex culpa ad lucrum admitti non debent, ex pulcra Doctorum doctrina in l.ab hoſtibus,in §. ſi uir in quinqnennium,ff.ſol.matr. habet enim illud capitulum annexam diligentiam.

Decimoquintò facit, quia uerba generalia conceſsionum, ad merentes non autem ad indignos referuntur, & hoc etiam in materia fauorabili,l.Lucius,in §.Lucius Titius,ff.de leg.2.unde Bald. in c.ſi.colu.1.de præſum.inquit,in dubio Papam non cenſeri prouidere indignis,quia odioſi non comprehenduntur in gratiis,l.teſtamento,ff.de manu.teſta.

Decimoſextò fac eſſe, quod Vgolinis id conceſſum intelligi poſſet ex uerbis (quod negarur) in præiudicium primæ conceſsionis ex cauſa onerofa factæ non ualeret,iuxta ſcripta à Bart.in l.fin. C.de loc.præ.ciui.c.ſi motu proprio,de præben.in 6.cum non dicatur non obſtante &c.& propter ea,quæ late ſcripſit Aym.conſi. 241.num.12.& in tract.de antiq.temp.par.1.in princ.num.49.& ſeq.numeris,Franc.Burſat.conſi.32.num.52.Iac.Phil.conclu.16. lib.5.& nulla ſubſit cauſa.

Decimoſeptimò,eo etiam admiſſo, quòd Vgolinis eſſet conceſſum,facit pro communitate,quod habetur per DD. & præcipue, Iaſ.in l.quoties,C.de reiuen.

Decimooctauò addendum eſt, dum ſupra dictum eſt, maleficia diſtingui à fraudibus,retorqueri poteſt argumentum. Quia licet uerbum fraus & dolus ſint ſynonima,& generalia uerba,iuxta glo.in l.1.in uer.fraude,ff.de his,qui not.inf.& in l.iuriſgentium,in §.ſed ſi fraudandi, ff.de pact. Ne tamen comprehendat maleficia, aliàs conceſſa,ſeu reſtituta communitati, & ut diſtinguantur,intelligi debet illud uerbum, ut ſupra quando fraudatur, gabella propter non ſolutionem.

Ex quibus plura reſponſa poſſent colligi ad contraria, & ad argumenta pro Reuerenda camera,ex Bulla,ex inſtrumentis,ex ſtatutis, ex confirmationibus, ex ſententiis; & ne repetam alijs modis relatis; Quibus addo, quod prædicta argumenta de crimine læſæ maieſtatis poſſent admitti, ubi ſpecialiter committeretur crimen in ipſum Principem, quia eius maieſtas, ſeu perſona læderetur, & in eum tale crimen ſpeciatim admitteretur, pro ut in relato conſi.Rolan.78.uol.2.in pen.& ult.col.cum enim in ipſum principem.

cipem committitur, æquum uidetur, ut habeat suæ iniuriæ ultionem, ut per Aym. etiam hic in ultima col. uer. 6. dico. Ad argumenta per Vgolinos facta plura responsa ex relatis apparent, quæ superfluum est repetere.

Nume. 6. uer. Nec obstat.
Vide Rolan. in consi. 75. ante num. 9. in 3.

AD RESP. CXXIX.

Nume. 4.

NOTANDVM est hoc responsum ad declarationem notabilis, l. 2. C. pro soc. quam legem Roman. in consil. 3. hic relato
1 restrinxit ad coniunctam personam soluentem pro alia, † extraneus autem acquirens uel soluens pro extraneo de pecunijs ipsius extranei soluisse præsumitur, & Romani declarationem Mandos. apud eum ait probari per Cur. Iun. in l. 1. C. de fur. & Aym. nostrũ hic, sub num. 4. sed non bene legit, improbat enim Aymon Roma-
2 num: † quibus addendum est, quòd tex. in d. l. fi. C. de pign. locum habet, in casu suo speciali, & non debet ampliari, ut Ang. notauit ibi qui ex mente Bar. in l. si uentri, §. in bonis, ff. de priuil. cred. post Baldum eum eleganter limitat, ipsum legito, & Neg. probat esse casum specialem, in d. l. fi. in tract. de pign. 2. mem. 5. par. num. 34. & seq. & Pet. à Bellaper. quærens rationem, inquit in hæc uerba, ratio coniunctionis in primo capite hoc facit, ut præsumatur empta militia ex pecunia mutuantis ad eam emendam, sed ubi emitur extraneo, inquit, non dedisset ei festucam, sed pro sententia Romani facit lex prædicta cum proponas, quæ uere loquitur in coniuncto, item aliquæ præsumptiones hic relatæ, quia non uidetur uerisimile quòd emisset quis pro se & extraneo repetenti, si pecunia ab extraneo non recepisset, unde ratio coniunctionis considerata in d. l. fi. uidetur pro sua sententia facere, & quod dicebat Pet. relatus, quod extraneo non daret festucam, & qui dicantur coniuncti in hac materia, uide Saly. Cyn. & Alber. in d. l. fi. & ad prædicta, uide infra consi. 252. col. 3.

Item ad coniecturas hic relatas, uide supra ad consi. 131. nume. 12.

tur,& saltim ex albo senatus delerentur, neve publicis frui possent emolumentis,& nota quod in calce responsi legitur durum,& periculosum esse negocia publica per suspectos gubernari,& quoniã hic multa utilia habentur de syndicis, placet leuandi laboris gratia
2 hæc loca non vulgaria addere. De † syndico bona gl.in ti.de syndi.extra.&.de syndico habente mandatum ad transigendum quomodo intelligatur Ruy. consil.67.& de contractu syndici minus legitimo Aym.consi.265.par.2.ubi secundum Soc.inquit non sufficere notarius affirmet interuenisse duas partes ex tribus prout ipsi consiliarij asseruerunt, sed requiritur quòd notarius ex se asseueret interuenisse duas partes ex tribus,quod est notandum, & de auctoritate eiusdem Aym.consi.278.& uide decis.Neap.5.in nouis. Et quibus solemnitatibus instrumentum fieri debeat, & quomodo opponi posit, Alex. consi.1.volu.1.& dec.Thol.34.& seq. & apud eum Stef.Aufr. & decis.55.& Alc.consi.4.lib.primo, ubi an teneantur,qui constituerunt, si minus legitimè fuerit constitutus, adde etiam Tiraq.in procem.le.si unquam,nu.24.ubi nonnulla de syndicis, & de syndicis non denũciantibus maleficia. nouissime uide Menoch.de arbitr.iud.lib.2.casu 323.& de syndico appellante uide infra consi.288.

Num.3.& seq.

3 Adde casus, † & effectus ducentos,& quatuordecim negligentiæ enumeratos per Gomes.in commentarijs ad regulam de triennali poss. post q.28.& uide de negligentia Ruy. in consi.12.nu.8. vol.1.& de negligentia iudicis adde Iac.Menoch.de arbitr.iud.lib. 2.casu 341. & in tract.recup.poss.remed.7.ubi de probatione negligentiæ, & ibi commendat doctrinam Bart.in dicto consi.102. & hunc locum retulit,& denique uide quæ late scripsit Fran.Hercul.in tract.quis ten.prob.negat.uer.uigesimussextus, nu.250.

AD RESP. CXXXIII.

HOc responsum probandum puto ex ijs,quæ in calce habetur, dum inquit,testatorem mandasse bona cõmunicari,& quod dominus Ioannes allegare non posset acquisita ex arte medicinæ
1 præcipua, & propria sua esse, † quibus circumscriptis non est sine magna hesitatione, uerba enim in principio relata,quod eius filij ui-

uiuentibus,& existẽtibus in communione salua sermonis proprietate, ad mortẽ patris tantum referri possunt, nam in uita patris non recte dici posset stare in communione respectu bonorum paternorum, nec congrua uidetur interpretatio, ut uerba prædicta ad uictum simultaneum referantur, indicant hoc sexcenta iura, quę de hoc verbo communi,& communione loquũtur, nec etiam mouet doctrina Bar. in l. cum ita, ff. de aur. & arg. leg. Nam & regu
2 la, quæ sumitur ex dicta l.† quod uerbum præsentis temporis non trahatur ad futurum, & è contra uerba futuri nõ trahantur ad præsentem obtinet, nisi aliud appareat, indicat ille tex. in illis verbis (ni si aliud comprehensum sit) & certè uoluntas testatoris, quæ ex uerbis colligi potest totum facit, l. in conditionibus, ff. de cond. & demonst. & inquit ad rem Soc. Iun. in consi. 98. num. 26. in primo, & Menoch. in consi. 1. nu. 196. nec æqualitas hic quicquam facit, cum testator se conformare censeatur cum iuris communis dispositione, ut in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad S.C. Treb. quod ius cõmune peculium quasi castrense facit proprium habentis, & testator censeretur se retulisse ad disposita à iure, de qua re in l. quæ pater filium, 2. ff. fam. erci. & uide supra consil. 125. Dicet aliquis, si uerba ad mortem referrentur, quorsum dicta sunt, cum in manu filiorum esset manere, uel non manere in communione, dici potest ut omnis controuersia, quæ ex communione suboriri posset circa
3 lucra per ipsos fienda, remoueretur,† & quoniam incidimus in casum l. cum ita, ualde quidem quotidianũ, adde in materia Iac. Menoch. in dicto consi. 1. num. 194. & seq. nu. & anteced. Did. pract. quæst. cap. 2. Soc. Iun. cons. 99. vol. 3. Pet. Duen. qui aliqua loca retulit ad dictæ legis limitationem, reg. 205. ubi etiam retulit Aym. nostrum limitantem in l. 1. nu. 26. cum seq. ff. de leg. 1. Rolan. consi. 39. nu. 1. & seq. vol. 4. Rip. omnino in l. cum fundus, nume. 11. ff. de leg. primo.

AD RESPON. CXXXIIII.

Nume. 1.

VIDE supra consi. 88. & quæ ibi addidi, & circa hanc cautelam uide, quid dixerit Iac. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 51. & omnino quæ addidi supra ad consi. 65. Rol. à Valle consi. 88. num. 15. in tertio.

Nu-

Nume. 4.

Forsan posset hoc declarari ex iis, quæ scripsit Dec. in consi. 77. nume. 4. & consi. 14. & pro tenui &c. col. 2. & uide l. & si prætor, ff. de iu. omnium iudicum.

Nume. 5. ibi duobus affirmantibus &c.

Declara hanc regulam ut per Ant. Gab. in suis conclu. conclus. 4. in tit. de testi. & nouissimè Rolan. in consi. 93. uol. 4.

Nume. 6.

Adde Rolan. consi. 13. num. 12. & seq. uol. 4.

Nume. 9.

Adde eundem Aym. in tract. de antiq. temp. par. 2. uer. ampliatur maximè, nume. 16. & tu etiam adde Bald. in l. 1. nume. 5. C. ad S.C. Vell. & Ang. in consil. 140. statutum &c. non omitto tamen, quod Abb. in consi. 53. in prædicta causa Raynerij. par. 2. scriptũ
1 reliquit; is enim † negauit ex pluribus instrumentis productis carẽtibus nomine imperatoris fuisse inductam consuetudinem, ut instrumenta fiant absque nomine imperatoris contra Auth. ut proponatur non. imper. &c. quia ad inducendam consuetudinem requiritur consensus populi, & cum talia instrumenta nõ potuerint uenire in notitiam totius populi, uel maioris partis; quod responsum elegans est, & considerandum; de quo responso dubitauit Socy. Iun. in consi. 92. num. 15. in 4. & respondet, non tamen meminit de prædictis authoritatibus, & minus de Innoc. in c. 1. de fide instrumen. qui ex multitudine scripturarum productarum in iudicio in forma publica probationem induci ait, quem Ang. retulit in citato consil. 140.

Nume. 10.

Adde eundem in tract. de ant. temp. par. 2. num. 46. & seq.

Nume. 24.

Iac. Menoc. in tract. recup. remed. 15. num. 439.

Num. 26. & sequen. nume.

Circa suspiciones falsitatis, uide quæ addidi ad respon. 28. & Iacob. Meno. in tract. de arb. iudi. casu 187. num. 38.

Nume. 39.

2 Quod inquit, duas præsumptiones † sufficere, ut scriptura non probet, non est sine hæsitatione propter relata ab Ant. Gab. conclu. 6. num. 4. lib. 7. qui hunc locum retulit, quid enim si friuolæ essent.

ſent ſuſpiciones, iuxta ſcripta à Pariſ. conſil. 28. col. pen. uol. 2. uel ex aliis circunſtantiis tolli poſſent; unde ego ſuſpiciones, & earum qualitates ſpectandas puto.

Nume. 40.

3 Adde quod eleganter inquit Inno. regulam tradens † ubicunq; ius beneficij cadit in perſona prouiſi, licèt extriuſecus perſona ſit inhabilis, impeditur effectus Lateranenſis Concilii, quia non fit deuolutio ad ſuperiorem prætextu negligentiæ, ſed potius prætextu delicti, quia contulit non idoneo, ſecus ubi perſona prouiſi eſſet incapax, puta infans, laicus, uel penitus illiteratus; tunc enim perinde eſt ac ſi collatio non eſſet facta; ſecus in priori caſu, ubi quando perſona eſt capax, ponit exemplum ſi eſſet homicida, illegitimus, uel irregularis; quæ uerba Abb. in c. cum noſtris num. 22.
4 de conceſ. præben. dicit perpetuò not. ſubdens intellige, quod † homicidium ſuperueniens, ſeu irregularitas non priuat quem beneficio ſuo ipſo facto, ſed opus eſt ſententia; ſed ſi homicidium, ſeu irregularitas præceſſiſſet collationem, tunc non tenet collatio tanquam facta indigno, & inhabili ad executio. officii, c. fin. de temp. ordin. adde quæ infra dicam in reſpon. 170.

Nume. 45.

Ad regulam l. ad legatum, ff. de proc. adde quæ ſubtiliter ſcripſit Dec. in conſi. 77. nu. 2. 4. 5. & 6.

Nume. 46.

Adde Felyn. in c. cum clamor, de teſti.

AD CXXXV. RESPON.

Adde ad hoc reſponſum Gram. deciſ. 106. nu. 7. & ad cap. imperialem, in §. prætereà, ducatus de prohi. alien. feud. per Fede. vide quæ declarando latè ſcripſit Ruyn. conſi. 29. in ult. artic. uolum. 5. & ad declarationem huius reſponſ. & maximè, ſub nu. 8. uide Io. Ceph. conſi. 1. num. 12. uolum. 3.

Nume. 2.

1 De iuriſdictione ducũ, & comitũ in locis ſubiectis, adde Aym. conſi. 314. Mar. Soc. Iun. conſi. 76. lib. 3. quod reſponſum nota pro
2 † Duce Vrbini, an poſſit bannitis ſecuritatẽ concedere, ſi ſunt banniti in ſtatu ecc. ubi quod ſic, niſi eſſent rebelles eccl. & niſi eſſent

facta

facta fœdera cum ecc.& uide eundem consi.15.eo.lib.& complura sunt responsa Cur.hic relata, Cassa.in Catha.glo.mun.par.1.cō-clu.19.Nic.Bello.consi.59. Gomes.in tract.sig.inserto in comen. Reg.Cancel.pag.mihi 151. Viuius li.com.opi.in uer.Duces,& de Mediolani duce, & similibus Cat.Cot.in mem.in uer. Mediolanū, & de Duce Sabaudiæ,& Mar.Montis ferra. Menoc.consi.1.& cō-si.92 & de Duce Ferrariensi,Mantuæ,& Mediolani,Soc.Iun.con si.4.& consi.17.& consi.76.vol.4. Menoch.de arb.iud lib.2. casu 68.num.46.Rol.consi.29.in primo,consi.1.nu.98.consi.69.nu.2. consi.76.& consi.91.vol.2. Ruy.consi.126.num.2.vol.5.& quod possint causas aduocare, Did. Practi.q. c.9. & denique uide Mar. Laud.in consi.15.& apud eum not.& in Duce Vrbini adde idem dicentem Nicol.Fest.in tract.de æstimo,& collec.c.7.q.17.nu.36. & seq.& nu.4.& Iac.Meno.consi.92.nu.31.& seq. qui citat Io. Iac. de Leonardis in consil.117. inter consilia Bruni, & denique adde Soc.Iun.in consi.76.nu.20.in 4.qui hunc locum refert, & probat, & Hye.Gab.in consi.23.similiter in Duce Vrbini,& uide inf.au-ctorem in con.263.col.pe.

Nu.6.& nu.27.

Comproba & declara,ut per Io.Dict.in tract.de art.testan.cau 15.in tit.de substit.Cat.Cot.in memor.in uer.legitimatus, & adde in materia Paul.Paris.consi.8.vol.3.& consi.14.nu.30.& seq.eod. vol.& de nato in figura matrimonij, seu matrimonio putatiuo responsum Collegij Patauini insertum int. consil. Marci Mant.sub nu.191.de quo Soc. Iun.consi.63.volu.3.& uide Ruy.consi.161. nu.23.lib.2.& in testatore nobili Tiraq.in tract.primog.q.34.nume.62.quibus adde Rolan.consi.93.in tertio.

Nu. 7.

Adde Hyeron. Gabr.consi.30.nume.6.qui auctorem refert,& probat.

Num.10.

3 Sententia † Bar.habet etiam contradictores magni nominis,de qua disputauit late Did. Couar. Var.resol.lib.primo, c.14.num.7. & seq.nu.quam tamen multis authoritatibus magis receptam probat Iac.Phil.concl.36.lib.1.ubi etiam multis modis temperat,uide etiam And.Tiraq.in coment. de vtroq.retract.§.1.glo.14.nu.116. & in tract.const.in 2.par. ampl.18.& in tract.primog.q.80.nu.4.

4 Bal.nou.in tract.de dote. par. 5.priuil. 22.†& an requiratur ratificatio præter relata loca uide, quid nouissime scripserit Bursat.consi.118.num.4.& seq.

Nume. 13.

5 Quod Clausulæ † adiectæ in executiuis non amplient principalem dispositionem, adde But.consi.29. & in pulcro casu Ias.consi.6 primum dubium &c.col.6.vol.3.& declara, ut per Lance.Galia. non ineleganter in repet.l.centurio num.87.ff.de vulg. Curt. Iun. consi.3.& seq. Declarat etiam Iac.Menoch.consi.87.nume.41.& seq.& consi.2.nu.58.an tamen in casu in quo respondit probandus sit, tu uideris.

Nu. 18. & seq.

In hoc difficili articulo uide, quę addidi supra ad 5.respon.& auctoris humilitatem, & bonitatē nota, & quod inquit Bal in c.quia propter, col.6. de elect. sine diuino auxilio difficultates explicari non possunt, & propter peccata causarum dubia nescit iudex soluere, Mat.Affl.decis.ultima ad fi.auctor noster inquit supra cons. 15.

Nu. 42.

Adde eundem supra consi.104.num.7. & seq.& in tract.de antiq.temp par.1.nu.9.& seq.nu.& in uer.non omitto, nu.23.& seq. uer.propositum; & in cons.293.par.2.Iac.Phil.concl.37. Alciat.in tract de pręsump.in 3.reg.uer.octauo præsumitur, Ruy.cons.30. uol.5.Ias.consi.34.ad motiua &c. num.9. vol.2. & consi.86.nu.7. vol.2.Gram.decis.64.nu.14.Nic.Bel.consi.76.nu.15.& seq.Dec. in c.proposuisti, de probat.& in consi.198.nu.7.

AD RESPON. CXXXVI.

Nu. 1.

1 AD interpretationem, †l.omnimodo, in §.imputari, uide Pau. Paris.in consi.6.uol.3. Et adde quod Rolan.à Val.in consi.

2 44.num.25.uolum.4.refert hunc locum, & improbat, †& donationem factam à patre filio ob causam matrimonii in legitimam imputari putat, ipsum legito, & idem Rolan.in consi.70.in 4.nume.6. & sequen.similiter reprobat auctorem, & uide alia responsa

3 Aym.ab eo relata:& auctorem† nostrum defendi posse puto, cum aliis relatis idem sentientibus, & necessaria uidetur (ut dicit) hæc

inter-

interpretatio; nec mouet, quod sit Roland. de militia; respondet enim auctor hic, & quod dixit de expẽsis in nuptiis factis & in honore consequendo, ut imputentur in legitimam non mirum, quia non habent causam necessariam, & quod etiam dixit de matre habet rationem, secundum Doct. distinct. † & si quod datur matri-
4 monij spiritualis cõtrahendi gratia non imputatur in legitimam; nec illud est imputandum, quod matrimonii carnalis causa datur ualet enim argumentum, & uide quæ dixi, supra consi. 114. num. 18. & adde quæ nouissimè scripsit Cæsar apud dec. Affl. 138. qui ait, Auct. loquutum contra communem, sed tu uide an bona fide retulerit.

AD CXXXVII. RESPON.

ADDE hic omnino quæ idem dixit supra consi. 6. num. 105.
1 ubi † dixit, periurium solum deum habere vltorem, vt legitur
2 in l. 2. C. de reb. cred. & pœnam † adulterii per consuetudinem cõtrariam seu dissuetudinẽ abrogatam, de quo hoc loco rectius est locutus, & idem Menoc. subiunxit in blasfemia, addens neminem extra punitum uidisse; Aymo tamen noster, quem bonum uirum fuisse existimo, tam grauia delicta impunita esse molestè (ut par est) tulit: Tu uero adde quæ scripsit Iac. Menoc. de arbi. iudi. casu 398. nu. 24. & seq. qui tamen hoc responsum non retulit, qui ait,
3 quod dicitur † periurium solum deum habere ultorem, intelligi quo ad animam, non quo ad corpus, de qua re uide eundem, ubi supra casu 319. qui circa interpretationem d. l. 2. latè disputat, ad quem se retulit Alfan. colle. iuris. 946. Quibus adde Iul. Clar. in
4 in pract. in uer. periurium, † & ego non semel uidi in periuros, & blasphemos seuerissimis pœnis animaduerti, & rectè, tam enim grande scelus impunitum relinquere turpe est: subiunxit idem Menoch. in superiori loco, adulteros uidemus quotidie puniri, ut re-
5 fert Iul. Clar. in pract. §. adulterium, & quod ait Crauet. † pœnam adulterii in desuetudinem abiisse, posset forte procedere in accu. maritorum, quibus turpe uidetur accusare adulteros, ut per Cast. consil. 175. colum. pen. lib. 2. de quo Neuiz. lib. 1. Syl. nup. & Soc. Iun. consi. 34. num. 9. lib. 2. Sed & ego scio, licet derisui uideantur mariti accusantes, aliquando in patria mea fuisse punitos adulte-

ros postulantibus maritis,& de accusatione facta per maritum, ui
6 de Tom.Gram.deci.31. ubi de pœna mulieris adulteræ; † & de adulterio,& adulterii pęna adde uaria,& diuersa,quæ latissimè scripsit Tiraq.de leg.connub.in 13.§.glo.pen.num.16. & seq.num. & quod adulteri accusari, grauiterque in eos animaduerti soleat, inquit Reueren.Card.Paleot.in trac.de Not.& Spuri.c.40. nu.2. & iis omnino adde circa crimina uenerea, quæ idem scripsit auctor noster consi.41. & quæ ibi addidi.

Nume. 10.

Adde quæ latissimè scripsit Tiraq.de pœn.temp.casu 47.aduertatur tamen tex.hoc casu in l.aut facta, §.fi.ff.de pen. Vbi dicitur,
8 nonnunquam conuenire, † ut leges exasperentur, quoties multis hominibus crassantibus exemplo opus est, de quo Abb. in c. at si clerici,num.8.& apud eum not.de iudi. Gram.consi.17.num.15. & placet describere hic uerba Diui Hyeron. relata à dicto Tiraq. ubi supra scribens enim ad iuuenem,qui uirginem corruperat inquit, Nec tibi de multitudine peccantium blandiaris, & dicas hoc solus non egi,multos habeo socios,sed re cogita, quod multitudo sociorum impunitatem non facit criminum,& in Sodoma,& Gomorra, & in totis quinque ciuitatibus innumerabiles utique habitabant, sed ecce omnes pariter, qui libidinose corpora sua tractauerunt imbribus igneis conflagrati sunt, solus autem Lot de illo ineuitabili incendio effugit, quia ab illa turpitudine se præstiterat
8 alienum; refert ergo † an vnum & idem delictum à pluribus vno, & eodem tempore committatur, & idem graue delictum frequentari soleat, in loco ubi multi crassentur &c.

Nume. 12.

Adde supra idem dicentem in consi.41.

AD CXXXVIII. RESPON.

ADDE omnino quæ scripsit Card.Paleot. in tract. de Not. & Spur.c.41.ubi in fi. locus hic refertur, & alibi.

Nume. 15.

1 Refert,& probat Iac.Menoch.in consil.98.nu.50.† Vbi inquit probari aliquem non esse mercatorem ex inspectione libri, & matriculæ subdens id receptum, post Soc.Iun. de quo tamen uide

Dec.

Dec.in l.pen.C.de test.mil.Alciat.in tract.de præsum.in tertia regula uer.16.Recentiores in tract. Qui tenean. prob.neg.uer. septimus modus. nume.167.& sequen. & quæ addidi supra ad respon. 112.& uide quæ scripsi in tracta.de Merca. in princip.nume.9.& sequen. nume.

Nume. 8.

2 Ad interpretationem l.si,C.de nat.lib.Quia legis præfatæ quotidiana est materia, placet leuandi laboris gratia loca hæc ubi tractatur subiungere. Vide caut.relatam à Io.Dilect. de art.testan.c. 14.sub rub.de his, qui non hab.num. 12.Petr.Duen. late in regula 366.Arri.Pinell.in l.3.nume.22.& sequen.C.de bon. mat.Iac.Phili.conclu.26.lib. 1.& an habeat locum in nepote nato ex filio incestuoso, Marsil. qui Baldum referendo negat sing. 143. Tu uero uide And.Tiraq.in tract.primog.q.12.num.14.& sequen. ubi nonnullos contradicentes refert, & forsan plures, sunt multa responsa Dec.à prædictis relata,sed uide inter alia in consil.268.seu 258. in causa Domini Francisci. Vbi quando sunt filij, uel nepotes legitimati,& quomodo intelligantur illa uerba legitima sobole, Dec.in consil.462.& quid si pater ducat concubinam in uxorem mortuo filio, an nepotes intelligantur legitimati; Aleiat. in tract.de præsump.in prin.num.9.Et quod possit institui filius aut nepos spurius ob merita præcedentia,Tiraq.in rep.l.si unquam,in uersi.donatione largitus,num.22.C.de reuoc.donat.& uide infra consil.184.& quid senserit Rolan.in consi.87.in tertio & dixi alibi & adde Cæsa. Vrs.circa prædicta apud dec.Matt.ab Affl.sub num.96.

AD RESPON. CXXXIX.

LICET prima fronte uideatur uerbalis modus, de quo hic,disponendi & in subtilitate iuris consistere, in qua pernitiosè plerunque in causis quæ sunt ex bono & æquo erratur l.si seruum, in §.sequitur,ff.de uerb.oblig. Placet tamen Doctoribus relata distinctio; quam comproba ex his,quæ late, & non ineleganter scripsit Iasin consi.5.præsertim,col.4.in fi.uer. accedat,uol. 3.cui responso adde tex.in l.licet,C.de pact.& quæ late scripsit Petr.Due. regu.219. donatio omnium bonorum &c. Adde etiam Viui. libr.

com-

commun. opin. in uer. donatio,& hunc locum retulit & probauit Iac.Menoch.consi.1.maxime num. 149.& Viuius in uer. pactum, & adde, supra in consi. 19. & quæ ibi addidi.

Nume. 10.

Adde Petr. Duen. regula 219.uer.est tamen uerum,& uer.omnino; decis. Pedemon. 100. præsertim nume. 14.& seq. uide, supra consi. 52.col. 1. Roland.consil.8. ante num. 24.uol. 1.qui hunc locum retulit,& probauit.

AD RESP. CL.

1 MATERIA †spolij quotidiana est,& in sexcentis locis tractata, & latissime omnium per Iac.Menoch.in tract. recu pe.poss.precipue in 1.remedio, ad quem confugito, qui auctorem nostrum sæpe retulit,& præcipue uide sub num. 87.in dicto remedio, ad id quod in primo numero hic dicitur. & adde infra de spoliato à iudice, consi. 302.& Neg.in tract.de pign.in secundo mem. ter.par.num. 44. & seq.

Nume. 4.

Adde Vant.in tract.de nullit. ex defectu processus, nume. 81. & sequenti. numeris circa sententiam non recitatam in loco iudicij.

Num. 8.

2 Regula est † quod iudex appellationis debet,& potest reformare sententiam nullam, siue sit nulla ex defectu iurisdictionis, siue citationis, secus si ex defectu processus substãtialis, ut per Vant.late in tract.de nullit.in tit.de nullit. senten.ex defectu processus,nu
3 me.7.& seq. † Tunc cõfirmatur, cum nullitas est in ipsa sententia, seu ipsam respicit; non in reliquis substantialibus ipsius processus; In tantumque hoc est uerum, ut possit iudex hoc facere, etiam parte non petente; de qua re uide quæ late scripsit uir bene doctus Roland.à Vall.cons. 41.num.39.& sequen.numeris, in primo, ubi hunc locum retulit; ubi etiam subiunxit esse uerum, iudicem appellationis posse reformare sententiam ad fauorem eius, qui non appellauit. sed & addes omnino prædictis, quæ habentur, infra consi.270.& quæ ibi addidi.

AD

AD RESPON. CXLI.

Nume. 1.

1 DECLARA † l.donationes, C.de dona.hic relatam, ut per Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore, num. 123.ff.de uſuc.Dec.conſi.202.Paul.Pariſ.conſi.16.uol.2. Ang.in l.ſi donatione, C.de colla. Franc.Crem.not.137. Marſil.ſing.62.Aym.conſi. 245.par. 2. Curt.Iun.conſil.95.Cap.Thol.q.261. Soci.Iun. conſil.44.par.2. Iac.Phil.conclu.24.lib.5.Pet.Duen.reg.223.Tiraq. in tract.Conſti.in prima par.nu.48. uſque ad num. 53. Vaſque de ſucceſ. prog. §.1.lib.1. num.148.

Nu. 2.

2 Quod actus † ſufficiat ſubſtineri, ex una cauſa, quando ſunt plu res, comproba, & declara, ut per Alciat.in tract.de præſump. in 3 par.reg.1.uer.24.Rip.in l.ſi uentri, § in bonis, num.13.& ſequen ff.de priuil.cred.& plenius declarat And. Tiraq. in tract. ceſſ. cau. in 22.limit. per totam; Gomeſ.in reg.de impe. bene.uac. per obit. famil.Car.q. 17. circa fi.

Nume. 4.

Adde infra, conſi.165.num.5.

Nume. 6.

In hoc difficili articulo, in quo legum prudentum uertices in diuerſas ſententias trahuntur, adde Aym.ſupra conſiſ.98.num.10.& omnino uide Franc.Burſat.conſ.8.num.2.qui maxima eſt uſus diligentia in enumeratione Doctorum utriuſque partis, & facta di-
3 numeratione probat uere † magis receptam eſſe illam ſententiam, vt matre exiſtente in medio ſit omni tempore fideicommiſſaria, ipſum uide, & limita ut per Aym.hic & in d.conſi.98.num.10. & ut
3 per Franc.Rip.in l.centurio, num.114.uſque ad nume.138.† Ego autem cum non ſemel fuerim interrogatus ad dirimendas lites circumſcriptis coniecturis, ſemper perſuaſi mediam uiam tenendam ut mater dimidiam, alij uero hæredes ſubſtituti aliam dimidiam conſequantur; quam ſcio Soc.Iun. Dec. & quoſdam alios, in l. precibus, commendaſſe; nec non Neuiz. Matth. Gribal.Rube.Alexandrin.& Sfortia Oddo nouiſsime in tract. de compend. ſubſtit. par.5.art.3.conclu.9.fol.158.

Num..

Nume. 7.

Probat Oddo Sfor. in tract. ad compendiosam, pag. 161. uersic. exemplum secundum.

AD RESPON. CXLII.

IN materia l. hac edictali, & circa ea quae hic tractantur, uide quae addidi, supra ad respon. 40.

Nume. 7.

Vide quae addidi, supra ad consi. 11. & infra consi. 192.

Num. 12. & seq. numeris.

1 Pulchrae sunt † coniecturae hic relatae ad demonstrandum dolum, & in hac materia doli hoc responsum nota; sunt, & alia respon. eiusdem auctoris not. in hac materia, & adde Paul. Parisi. consil. 53. num. 8. & consi. sequen. num. 21. uolum. 1. Tiraq. in tracta. de utr. retr. §. 1. gloss. 14. nume. 58. & uide in sequen. consi. num. 8.
2 & sequen. nume. Et † è contra ad demonstrandum dolum abesse ui de coniecturas per eundem Aym. in consi. 319. par. 2. ubi etiam ad culpam remouendam, & uide supra consi. 8. Io. Bapt. Plot. in repe. l. si quando, C. und. ui. num. 316. & sequen. & adde quod Rolan. à Valle in consi. 60. num. 47. uolum. 2. refert ac probat, quod hic dicitur, & adde etiam Auct. in f. consi. 182. ubi etiam coniecturae ad praesumendum dolũ, & uide sub nu. 7. & seq. & omnino uide Luc. de pen. in l. quemadmodũ, C. de agr. & cen. ubi enumerat quasdam coniecturas ad probandum dolum, & enumerat 123. casus in quibus dolus seu fraus praesumitur.

AD RESP. CXLIII.

HOc responsum puto uerum, & admittendum ex pluribus
1 hic relatis, † illud tamen primum fundamentum forte non est sine dubio, quia iam constitit, quod testator noluit nouum testamentum facere. & illa uerba, hoc autem uoluit esse suum testamentum factum per Magistrum Dossi notarium, non possunt referri ad aliud testamentum conditũ ante, illud enim uerbũ hoc &c. demonstratiuum est actus, qui gerebatur non autem gesti, l. nemo, ff. de haered. instit. l. 1. in §. huius studij, ff. de ius. & iur. Vnde

error

error in nomine notarij censeri uidebatur, qui non noceret, si de persona constaret. §. si quis in nomine, inst. de leg. & facit, l. fi. C. de hæred. instit.

Num. 7.

Vide quæ dixi supra consil. 25. & omnino Horat. Mand. apud Roma. in consi. 179. & consi. 385.

Num. 8.

Comproba ex pulcro tex. in le. aufertur ff. de iur. fi. in §. quod à Præside, illic enim ita scriptum est, quod à præside prouinciarum uel procuratore, uel quolibet alio in ea prouincia, in qua administrat, licèt per suppositam personam comparatum est, infirmato contractu uendicatur, & æxstimatio eius fisco infertur, his adde quod legitur de Iacob supposito loco Esau. & facit quod dicitur in
2 testamentis † testes debere esse præsentes, & in conspectu testatoris, unde cortina media int. testes, & testatorem uitiat testamentũ, quia posset fraus committi, etiam quòd testes haberent notam uocem testatoris, Bar. & alij in le. si non speciali, C. de testa. de quo per Doct. post glo. in l. in summa. §. idem Labeo, ff. de aqu. plu. arc.
3 Dec. in consi. 163. nume. 3. Ias. in consi. 97. vol. 4. † Quod responsum Iasonis (vt obiter scias) in dubiũ reuocatur, & non semel fuit reprobatum per Alciat. & maxime consil. 31. li. 2. Tom. 1. Accedit quod instit. in quingentis, & per fraudem, & errorem facta ex ijs quæ proponuntur, colligitur, vnde agentes ex testamento submoueri possent doli exceptione, arg. le. si hæres testamento, ff. de act. empt. facit l. si per errorem, ff. de iur. omn. iud. & quasi pater non recessisset à priori dispositione nisi filius assensisset.

Nu. 13.

Adde quæ scripsi supra consi. 117. & ad declarationem Iac. Menoch. consi. 45.

AD RESP. CXLIIII.

DVBIVM oriri poterat ex §. non solum, instit. de lega. ubi dicitur, rem hæredis etiam legari posse, & ex eo quod idẽ Aym. scripsit consi. 225. num. 12. & fi. par. 2. sed responde ut in num. 8. & alijs locis, ad quem §. uide Paris. consi. 35. num. 89. & seq vol. 3. Iul. Clar. in §. feudum, q. 40. & q. 42. decis. Pedem. 179. nume. 14. & decis. 85. in fi.

Num. 10.

In dec.Ped.118.an.nu.10.& in fi.refertur hoc responsum & secundum illud iudicatum fuisse contra Alba.

AD RESP. CXLV.

Num. 1.

NOTABILIA certe sunt responsa hic relata Oldradi, & Romani, apud quem uide quæ addidit Horat.Mãdos.& adde Petr. a Plag in epit delict.cap.1.nu.3 & Did.Couar.Varia.resol.c.11.

1 num.6.usque in fi.lib.1.Et si uerum amamus,peccatum †usuræ notum esse oportere, expedit reip.& uersamur in Leum,qui nocentẽ ff.de iniu & propter etiam animę periculum,usurarios enim de tẽplo ciecit Saluator noster Mat.c.21.& c.eijciens 88.dist in.faciũt, quæ scripsi in tract.de Merca.par.1.num.34.& sequen.num. un-

2 de quæri posset,†quid si actor probasset vsurarium esse,quem vsurarium appellauit,& dubiũ non est remoto iniuriãdi animo actione iniuriarum non teneri, quòd si quis ex iusta causa crimen usurarum exprobrasset,& utilitatis causa negocij proprij,æquum est præsumi non animo iniuriandi dictum,sed iura sua tuendi,& uide Did.in relato loco,quotidie enim uidemus usurarios cõtractus allegari ex causis,succumbereq; allegantes, non tamen in allegãtes, & dicentes uidi animaduerti, uel ad condemnationem deueniri, tametsi protestetur in actis, quæ semper intellige praua intentione asserentis cessante, cap.relegentes, 23.quæst.5.

Num. 2.

Bene dixit in foro contentioso, non in foro fidei, seu conscien-

3 tiæ, quam uocant, † nam quo ad animam in re dubia contractus iudicatur usurarius, uide supra consil.48.nume.8.& seq.& circa simulationem iuris præsumptionibus non autem hominis proba-

4 ri non recte dubitatur: in ijs enim maxime, †quæ difficilis probationis sunt iuris præsumptiones dicuntur probationes liquidissimè, patet ex sexcentis Doct.locis, & præcipuè habes tract.Veronen.habetur in le.2.de resciu.uend.in c.ad nostram, in c.illo uos, de pigno.& tit.plus ualere quod agitur, quam quod simulate concipitur, adde decis.Gram.76.Paris.consi.53.& consi.seq.vol.1.& uide infra

infra consi.153.nu.12.& plenius consi.156.Iac.Menoc.de arbitr. iud. casu 39.& uide quid dixerit Io. Ferra.cau.66. prætereo alios.

Num. 4.

5 Hoc amplius si fieret locatio † rei emptę uenditori, hoc est promitteretur tit.locationis aliquid, donec pretium solueretur, non esset improbata pactio, ut est tex.in l.sicut emptio, in §.fi. & l.seq ff. loca. Vbi si cum uenditur fundus conuenit, ut donec pecunia omnis persoluatur, certa mercede emptor fundum cōductum habeat bona fides exigit, ut quòd cōuenit fiat, sed non amplius præstat is uenditori, quàm pro portione eius tēporis, quo pecunia numerata non est,
6 † & circumscripta locatione arbitror in hoc articulo, quod si peteretur executio instrumenti, in quo summa taxata est propter dilationem datam ad soluendum pretium, petitio tanquā illicitum continens reijcitur, ut non insubtilit. probat Dec.in consi. 19.& consi.39.col.2.& uide quæ scripsi in tract. de Merca. in tit de contr. Mercat nu.2.& quæ scripsit Roland à Vall.consi.35.
1 in primo vol.Franc.Bursat.consi.47.† ad effugiendam autem vsurariæ priuatis suspicionem non esse necessarium, ut omnino probetur, quod fructus qui percepti sunt ex fundo ad promissam annuā quantitatem ascenderint, sed quod sufficiat à communiter accidentibus percipi ex fundo uendito potuisse fructus, ad interesse taxatum æquiualentes, nec inspiciendum quod percepti tot fructus nō fuerint, & ita in practica deducendum arbitror, sicque intelligendum Dec.in relatis cōsilijs, & in c.cum uenerabilis, in 6.col.de except.quicquid & Moder.in l.rogasti in §.si sibi ff.si cer pet.& Hyeron.Cagno.in l.curabit, num.58.& seq.nu.dixerint,
8 † & nota quod ad liquidationem iuramentum non sufficeret, ut per Dec.in consi.39.& Hyeron.Cagno ubi supra nu.56 explosa Guid.Pap.sententia, reijcitur ergo petitio si simpliciter petatur executio instrumenti iuxta formam statuti loci secundum annuam promissionem factam,
9 † sed si executio peteretur, & exponeretur in ipsa petitione fructus perceptos ascendisse ad relatam, & conuentam summam, uel quod uerisimiliter ascendissent secundum quòd cōmuniter contingere solet, liquidatis liquidandis, & probatis prædictis, sustineretur libellus, quasi nulla fraus subsit.

Nu.10. & seq.

De vsuris, & illicitis contractibus uide supra consi.6.& quæ ibi

addidi,& quæ scripsi in tract. de Merca.part.prima, nume.17.& uide supra consi.48.num.12.in fi.& consi.73. & adde quæ scripsi in relato loco nu.27.ubi huiusmodi homines à republica exterminandos,& ex praua consuetudine non esse defendendos suadeo.

Num.18.

De pactis pignorum, & lege commissoria uide, quæ latissime complures referendo scripsit Did.Couar.in lib.Var.resol.c.2.nume.7.usque in fi.lib.3.& miror quòd auctor non sit relatus,cuius responsum hic relatum, nec reperi,nec succurrit.

AD RESP. CXLVI.

1 QVOD † mala fides noceat etiam in præscriptione tanti temporis cuius initij memoria in contrarium non extet,probat alleg.c.si diligenti,& c.possessor, & est recepta sententia, ut patet ex multis relatis ab Hippo.Rimi. insti.per quas pars.nob.acq.in prin.nu.23.& ad declarationem doctrinæ Bar.in d.le.fi.C.unde ui, uide latius per eundem Aym. in tract.de antiq.tēp.par.4.uer.materiam num.18.& seq.nu.ubi hoc responsum refert, & uere Bar.in d.le.fi.circa fi.loquitur in mala fide præsumpta, patet ex eius uerbis, dum inquit, ista allegatio malæ fidei præsumpta per hanc legem nō potest allegari nisi infra triginta annos, & reliqua, & bene retulit Riminal. ubi supra. Adde circa bonam fidem quæ And. Tiraq.scripsit in tract.de præscrip. in uer.bona fide, & circa etiam prædicta, quæ scripsit Did. Couar.in reg.possessor in 6.§.2.par.relect.& in §.9.& hoc responsum refert ac probat Io.Ceph.in consi.40.nu.15.in 1.

AD RESPON. CXLVII.

1 VERO uerius est,quod nonnulli dicere consueuerunt† in interpretandis mortuorum uoluntatibus perniciosè plerunq; errari;& præcipue Dec.post Bald.consi.278.col.1.Soc.Iun.consil.78.num.2.lib.3.Iac.Menoc.consil.56.in prin.& pulchre Aym. noster infra consi.155.ubi inquit, Profetas iudices, & aduocatos esse oportere in interprætanda uoluntate testatorum;& Tabellionum imperitiam in magno discrimine prudentissimorum uirorū

conſcientias ponere. Idq; ex ſubſtitutione de qua in hoc reſpon-
2 ſo ſatis ambigua liquet; in qua conſideranda arbitror illa uerba, †*Et eo caſu &c.* quæ limitare ac reſtringere teſtatricis diſpoſitionem, ipſamque ſubſtitutionem uidentur; ut inquit Petr. Ancar. conſil. 356. Cum enim iuris certi ſit, ſubſtitutionē factam filio impuberi uulgariter tacitè pupillarem continere, & pupillariter factam tacitè uulgarem, reſpondit propter uerba adiecta in ſubſtitutione, expreſſa, tunc & eo caſu, excludi tacitam, & omnes caſus quos vulgaris ſubſtitut. complectitur, & probat Dec. in conſi. 63. & conſil. 298. num. 3. & alibi, addo Aym. idem probantem, ſupra conſi. 98. num. 5. Sfortia Oddo, qui alios refert in tract. de compend. ſubſtit. in 2. par. præludij. q. 3. in fi. & quæ Mandoſ. addidit ad reſpon. Ro-
3 man. 141. † Sed circa hoc lector perlege deciſ. Caſſa. primam, in tit. de teſta. qui doctè quidem contra Ancar. & alios ſcripſit, & mi
4 ror non eſſe relatam; † Videamus ergo, num quis non male tentaret dicere propter relata uerba, quæ ad proxima referenda ſunt, Chaterinam teſtatricem non plures ſubſtitutiones facere uoluiſſe, ſed in reciproca ſubſtitutione facta filio & marito Claudium adiunxiſſe, quaſi Claudius ſubſtitutus etiam ſit in caſu mortis alterius, & conſequenter Ioanne filio mortuo, & maritus, & Claudius admittantur; Quæ interpretatio forſan magis admittenda uidetur. Quæ ſententia confirmari poſſet ex copula adiecta. *Et eo caſu*; cuius uirtute in eundem gradum Claudius admittendus cenſetur; argum. tex. not. in l. Seiæ in §. Caio, ff. de fun. inſtr. de quo text. Dec. in conſi. 92. & late Rip. in l. cum filiofami. nu. 57. ff. de leg. 1.
5 accedit uulgare illud, quod dicitur, † copulam duo coniungere, l. ſi quis ita, ff. de cond. inſti. l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3. & copula æqualiter copulat, ut unum ſit de uno quod de alteris copulatis, l. ſi mihi, & Titio, ff. de uerb. obl. l. reos, in §. cum tabulis, ff. de duob. rei. & bene dignoſcitur quod Aym. noſter hanc interpretationem non ignorauit, licèt non probauerit Quę etiam comprobatur, quoniã Claudius ſuccedebat teſtatoris filio ab inteſtato, ut in calce reſponſi apparet; ex quo non mouet, quod dicebatur, inſtitutos magis dilectos; id enim admittitur in inſtitutione, at in ſubſtitutione cum uerba innuant Claudium admittendum, ceſſat ratio quæ in re dubia locum obtinet; Dicet etiam aliquis, hanc ſubſtitutionē factam de Claudio poſſe referri ad caſum alienationis, ſeu permutationis,

tationis fiendæ per Rizardum quasi non penitus ad uerba remota, sed quasi coniuncta relatio fiat, quam interpretationem non probo ex prædictis.

Nume. 3.

Nota limitationem ad regulam in c. in præsentia, extra de probat. & l. non hoc, ff. und. cogn. probationem concludentem in quolibet intellectu, seu in omnem euentum sufficere; exemplum de testibus asserentibus Titium à Seio occisum fuisse ense uel claua. Et
6 quando hic de claua fit mentio, & solet citari tex. † in l. 1. in §. diuus Adrianus, ff. ad l. Cor. de sycc. in illis uerbis; sed & si claua percusserit, aut cum cucuma (sic enim in lib. meo legitur) placet nonnulla forsan non contemnenda annotare: & illud primum quod in Pandectis Florentinis legitur, sed si claui percussit, aut cucuma; & sic restituendus est tex. mendosus in multis, ut uides. Item, & illud quid sit cucuma, uide ergo Catt. Cor. in memo. in uers. cucuma, in quo illud obseruandum est, quod non duplici. cc. sed unico apud probatos authores scriptum reperi: & illud adde, quod instrumentum fuisse ferreum indicant uerba eiusdem §. quæ subsequuntur; quamuis ferro percusserit &c. Item, & illud, quòd in mendosis codicibus, prout in meo legitur cum cucuma, ut retuli, & male, instrumento nanque secundum grammaticos non additur cum; dicitur enim percussit ferula, non cum ferula: Rursus, & illud est adnotandum, quod recte legitur claui non claue; nam proprie claua est fustis teres ex una parte, capitatus ad claui similitudinem; qua claua Hercules utebatur, unde illud prouerbiũ clauã de manu Herculis eripere, de quo Ias. in consil. 35. præstantissime. Nec moueat quod legatur claui, & non claue, nam in ablat. legitur claue, & claui, Varro primo, de re rustic. Quæ non possunt etiam sub claui, est
7 ergo instrumentum ferreum; & hæc possunt referri ad ea † quæ nonnulli dictitant, quod ex frequenti disputatione, habita inter Martinum, & Azonem, suborta fuit rixa, in qua Azo Martinum claui percussit in capite, & ex uulnere decessit, unde Azone ad mortem ex eo damnato & clamãte ad bestias, citare volens, l. ad bestias ff. de pœni. Vox clamantis non forsan intellecta, tanto uiro qui à
8 Baldo, & aliis fons legum merito fuit appellatus, non profuit; † est enim dictæ l. ad bestias, magis recepta illa interpretatio, propter insigne artificium, aut excellens robur alicuius pœnam esse temperandam;

perandam; ad cuius leges interpretationem, & prædicta, uide Veron. in caut. suis, caut. 2. Alciat. Parerg. lib. 2. c. 28. latißime Petr. à Plac. in epit. delict. c. 33. Iul. Clar. in pract. §. fi. q. 60. uersi. pariter, Gram. consi. 29. in fi. & consi. 63. num. 6. & seq. Tiraq. in tract. de pœn. temp. caus. 50. qui refert Tib. Cæsa. seuerißime ac crudelißime se gesisse, cum mandauit interimi eum, qui pateram uitream ei obtulit, eo artificio factam, ut uitrum flexibile, esset ne æris, argenti, auri metallis, quibus ipse abundabat, precia detraherentur; † Et quæ pœna esset damnatorum ad bestias, declarat Bude. & uide recentiores in rubr. ut pub. letitiæ pag. mihi 45. & seq. in uer. Gladiatoribus. Sed ut unde uagata est oratio redeat; profuisset, Azoni relata lex declarata, ut supra in illis uerbis, sed si claui, aut cucuma in rixa percusserit, quamuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam pœnam eius qui in rixa causa, aliàs ea su magis, quàm uoluntate homicidium admisit; & uerum plerunque est quod Ouidius (opinor) cecinit. Nec prosunt domino, quæ prosunt omnibus artes.

9

AD RESPON. CXLVIII.

Nume. 5.

ADDE supra consi. 123. & ad l. octaui. eiusq; declarationem, ac præsumendam scientiam, uide Ias. consi. 156. uol. 4. & latius declarat in consil. 160. col. 2. eo. uolu. Dec. consil. 445. nu. 35. Aym. consi. 238. par. 2. Mauric. in tract. restit. in integ. cap. 77. Iac. Phil. concl. 31. lib. 4. Petr. Duen. reg. 125. Rol. consi. 19. uol. 1. Bursat. consi. 118. num. 20. & seq. numeris ac seq. consi. in prin.

Nume. 8.

Adde, supra consi. 28. num. 6. & consi. 65. num. 8. & consil. 75. nume. 9.

AD RESPON. CXLIX.

VIDES in hoc responso, lector candide, quàm docte & eleganter scripserit auctor noster; & merito ab aliis probatur probat enim Menoch. in consi. 56. in pluribus locis, seq; de coniecturis hic relatis ualuit, & præcipue num. 19. num. 25. 28. & 30. & seq.

seq.& certe, vt hoc non erat sine dubitatione, cum diuersa sint dos & donatio, propter nuptias, ut in Auth. ut spons. larg. & in §. est & aliud, insti. de donat. Ita & illud Iac. Menoch. considerando illa verba in facto ab eo proposito, pro dotibus, & nomine dotium ipsius quondam Magdalenæ, & quod illa centum habita à socero non erant dotalia; & quod uerba generalia addita referri poterant ad
1 suam causam, scilicet dotis.† l. si de certa, C. de transact. Ad cuius, l. interpretationem, uide quæ scripsit Afflict. decis. 285. num. 4. & num. 13. & omnino Cur. Iun. consil. 101. & seq. & adde ad materiam compensationis, quæ addidi infra ad respons. 167.

Nume. 6.

2 Quod statutum † de lucro dotis locum etiam habeat in iocalibus, & cofanis, & aliis bonis mobilibus parafernalibus; probat Rolandus in suo tract. de lucr. dot. q. 50. Phanuc. in eo. tracta. uersi. dotis, & corredum &c. in prin. Contra vero in aliis mulieris bonis Soc. Iun. consi. 93. nu. 6. uol. 1.

AD RESPON. CL.

Nume. 1. & 2.

COMPROBA ex iis, quę idem Aym. latius scripsit in tract. de antiq. temp. par. 3. uer. Vidimus; adde etiam Alciat. in tracta. de præsump. reg. 3. uer. 13. & quæ latissime scripsit Stefa. Aufre. apud decis. Tolo. 330.

Nume. 3. & seq.

1 Sententia † hæc quod sufficiat præsumptiuè Notarium constare tanquam Notarium actum fecisse; & ex eo quod solemnia more notariorum in scriptura adiecerit; uidebatur posse comprobari, ex l. fi. ff. de insti. ex l. post mortem, in §. fin. ff. quando ex fact. tut. & ex iis, quæ late Doctores scripsere in l. 1. in §. nunciatio, ff. de nou. op. nu. ubi, Io. Crot. latissimè sub num 40. & seq. numeris. Contra uero occurrit text. in l. & magis, ff. de solut. & proprius ad rem glo. in l. generaliter, C. de Tabel. ubi enumerando necessaria ad instrumentum, inquit octauo, subscriptio Tabellionis, l. contractus, C. de fide instr. & Bart. in l. si quis ex argentariis, in §. si initium, sub num. 6. declarando inquit hoc intelligo, quòd debet con
2 tinere, quod sit rogatus, & sub nume. 29. inquit; † Dixi, quod de substan-

substantia publici est, quod Notarius sit rogatus, hoc est de mandato partium scribat, l. pertinere, ff. de eden. & l. prætor, §. 1. eo. tit. & reprobat glo. not. in corpore de Tabel. §. nos autem, citatq; Inno. in c. 1. de fid. instr. ubi uide Doct. & adde Did. pract. quæst. q. 20. uersi. septimo ad ualorem publici instrumenti, necessaria est ipsius Tabellionis, subscriptio. tex. in Auth. de instr. cau. & fid. & reliqua; & hoc forsan sentiens auctor, transit ad alia argumenta.

Nume. 5.

Circa doctrinam Bar. in l. Aurelius, in §. idem quæsiit, de li. leg. adde, & declara, ut per eundem, supra consi. 2. in fi. & uide quæ late retulit Menoch. in tract. de arbitr. iud. casu 279. num. 6. Didac. Var. resolu. c. 2. lib. 1. in 5. car. de cuius sententia dubitauit Iac. Menoch. in dicto tract. casu 369. in fi. & adde Iac. Phil. (si is est) conclu. 115. lib. 1. & Gabriel. comm. conclu. lib. 7. conclus. 19.

AD RESP. C L I.

Nume. 1.

Adde omnino præter recentiores in citata l. 2. Ant. Gab. in suis concl. lib. 3. de emp. & uend. con. 1. ubi & hic locus refertur & quę habes, supra consi. 7. ubi addidi.

Nume. 8.

Adde Iac. Phil. conclu. 10. lib. 2. uer. 24. & Ant. Gab. lib. 3. conc. 1. in 24. ampl. & Mand. apud Rom. relato consi. 27. qui hunc locum refert, & certe licèt relati Doct. probent Cornei sententiam, ut tamen Aucto. noster inquit non est, sine magna dubitatione, ut donator simpliciter petendo remisisse exceptionem implementi, uideatur.

Num. 9.

1 Quod † periurium in cursum non possit à parte remitti magis receptam etiam probat Rolan. consi. 34. nu. 3. in 1. Pars enim post quàm in periurium incidit remittendi ius non habet.

Nu. 10.

Adde Gui. in tracta. de reb. ecc. nō alien. in ti. de cadu. §. colonus num. 7. qui Auct. refert & probat.

Nu. 13.

Vide quæ addidi supra ad res. 6. nu. 101. & seq.

Nu. 14. & seq.

2 Hoc † religioni iudicantis ex diuersis circunstantijs remittendum puto, iuxta l. 3. in §. tu magis ff. de test.

Num. 15. & seq.

Adde quæ dixi in tract. de sponsio, inserto in tract. de Merca. in quar. par. uer. Quæro igitur facta est sponsio, & nouissime Rolan. à Valle consi. 28. in 1. dubio in 4.

AD RESP. CLII.

1 QVESTIO † hæc longa egeret disputatione, in qua quid sit magis receptum uix discerni potest, uide ergo lector candide loca infra scripta uberrima quidem, dec. Pede. 226. Od. Stor. in tra. de comp. subs. par. 6. uer. denique an monasterium pag. 200. & seq. Franc Burs. consi. 97. num. 22. & seq. & uide in eadem causa infra consi. 160. & recentiores apud dec. Mat. Affl. sub nume. 348.

Num. 4.

In hoc articulo uide quæ scripsit idē Aym. infra con. 325. Plura mouētur, prēcipue col. 3. uer. Hoc ita præsupposito, ubi refert hoc responsum, & uidetur repugnātia, adde etiam quæ scripsit in tract. de adiec. par. 3. nu. 47.

Num. 9. in sex. dubio.

Adde omnino Rolan. à Vall. consi. 10. num. 34. in primo, & in sequen. nume. ubi Auct. referendo disputat, Iac. Menoc. consi. 73. num. 12.

Nume. 12.

Vide quæ addidi supra ad respon. 125. & in fi. additionis, uide etiam infra in respon. 143. num. 7. & quæ ibi addidi.

AD CLIII. RESPON.

Vide supra consi. 82. & infra consi. 177.

AD CLIIII. RESPON.

In materia uide supra responsum quartum, & quæ ibi addidi.

A D

AD CLV. RESPON.

ADDE relatam gl. hic in l. Lucius, uide quæ addidi sup. consi. 62. & quæ nouissimè Rolan. scripsit consi. 6. colum. penul. lib. 4. & consi. 18. nume. 9. & consil. 43. eo. uol. & uero uerius est
1 quod dixi supra consi. 147. & noster Aym. hic inquit in fi. resp. † in interpretandis defunctorum uoluntatibus perniciose plerunq; er-
2 rari, quod & Rolan. notat consi. 43. in 4. † nec omitto quod hoc responsum in dubium poterat reuocari ex ijs quæ Goza. scripsit cō-si. 36. col. 2. & Soc. Iun. consi. primo nu. 31. & seq. in 3. Rol. consil. 43. nume. 17. & sequen. num. in 4. Ant. Gab. in suis conclus. con. 1. in titu. de uerb. sig. & facit quod notat Aym. consi. 161. nume. 16.
3 † ego tamen propter rei iudicatæ auctoritatem, nec non Aucto. nomine, ac propter rationes relatas, ab Aymonis sententia ex iis quæ proponuntur non dissentio.

AD CLVI. RESPON.

RESPONSUM hoc ex tot tantisque coniecturis eleganter propositis caret probabili dubitatione, & illa sententia inter tot ualentissimos qui in diuersas sententias distracti sunt obtinere de-
1 beret, † ut pactum de reuendendo cum modicitate precii, ultra . S. dimidiam, licèt non sit magnus excessus, sufficiat ad demonstrandum usurarium contractum, & secundum hanc sententiam Rota Romana, semper iudicauit, ut inquit Cassa. decis. 1. in tit. de empt. & uend. addo auctoritatem sacri Consilii Neapolita. de qua Affli. deci. 65. in causa. Gram. deci. 75. num. 12. & sequen. usque in fi. addo & Paul. Paris. consi. 54. num. 61. in primo, nec me latet complures referri nouissimè hinc inde a Fran. Bur. consi. 97. nu. 12. & se-
3 quen. post Hyero. Cag. in l. 2. C. de pact. inter emp. † probanda tamen mihi (ut dixi) uidetur dicta sententia, quæ animæ fauet, &
3 hisce præcipuè calamitosis temporibus. † Hoc amplius scio non defuisse, qui senserint solum pactum conceptum, ut hic, quòd non liceat reemere, nisi post certum tempus, sufficere ad demonstrandum usurariam prauitatem, sed hæc sententia explosa est, & rectè quia contra text. in c. ad nostram, de emptio. & uenditio. de qua re non ineleganter scripsit Ias. in consil. 153. in 4. ipsum, si libet, legi-

to & ijs etiam adde Did.Coua.Var.reso.li. c.8.qui, & circa di ctum capitulum & supradicta scripsit, & Gram.deci.76.num.15. ubi Soc.responsum retulit. & adde notata apud respon.7.sup.

AD CLVII. RESPON.

1 CONTRA † hoc responsum obstare uidebatur, l.generaliter, C. de non nume.pecu. & c.per tuas, extra de proba.in illis uerbis, nimis enim indignum iudicamus, ut quod quisque sua uoce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare testimonioq; proprio resistere, quod exornat Marsil. sing.13. & sing.257. Cum ergo fassi essent conductores bona locata fuisse capta de Lagio Aui corũ paterni reijciendi uidebantur, & ex eo quod inquit Bal. consi.348.colum.2.factæ fuerunt in primo. & quod † de uerbis enunciatiuis præsertim in instrumento iurato prolatis scripsi in tracta.de assecu glo.6.nu.5. Nec mouere uidebatur tex. in l.ad probationem, C.loca. quia non ex mero locationis contractu quæritur conductores reijci, sed ex confessione adiecta ut supra, similiter quod relatus Bal.inquit in ea l.ab Alex.consi.69.nu.10.in 5. Quoniam illa confessio in eo casu non habet causam præter locationis titulum, hic autem aliam habet, unde Aymo.acutissi. ingenij uir id forte sentiens alijs subtilibus argumentis & modis responsum suũ defendit, & tu lector cogita.

Num.16

3 In materia relationis † quando relatum non reperitur, & dispositio est certa, non inutilis redditur dispositio, Dec.con.325.no.3. & consi.47.& consi.63.nu.5.ubi quòd reguletur, secundum relatui est inefficax, & nullum Dec.consi.493.nu.14.ubi quòd referens nihil probet, & de relatione Dec.consi.362.punctus, & c.cõtra quem Soc.Iun.respondit consil.75.in 3. & de relatione multa And.Tiraq.in tract.cõst.in 2.par.in 10.ampli.& de leg.connub. gl.7.num.182.& seq.num.Cur.iun.consi.112.nu.10.Rimi.consi.583.qui loquitur in ratione mercatoris referente se ad aliud.

AD RESP. CLVIII.

AD declarationem ac defensionem huius respon. uide eundẽ Aym.in tract.de antiq.temp.par.1.uer. Quid in libro à nume.

me.5 usque in fi. & omnino infra consi.275.col.3. & quæ addidi supra ad resp.40. & ad ea, quæ habētur hic nume pri. uide Gram. dec.106. nume.9. qui auctorem refert, & nu.15.& nu.20.

Num. 8.

Tuscis quòd damnatus ad mortem & detentus testari † neqoit, cū
1 libertatē & bona & ciuitatem amiserit, idque receptum est, ut inquit Abb.in rub.de testa.post nu.12.quem refert Iulius Clar.senten.lib.3.§.testamentum,uer.quæro,quid in damnato, q.5.& notatur in l.qui ultimo,ff.de pen.&, ff.de testa.l.eius,ff.de inius, irri-
2 que test.l.siquis filio, §. irritum, † Quod obtinet ut non posit testari etiam ad pias causas, & adde Stefa.Auf. apud dec. Thol. sub nu.399.& id etiam locum habet de iure canonico,vt per Bal.relatum hic in consi.476.lib.5.Quod respōsum nota,pertinet enim ad
3 declarationem prælictorum,declara † etiam ut per recentiores in
4 tract,Paup.in 7.q.spec.4. num.5. Item † declara ut locum non habeat quod dixi in actu inter uiuos & obligatione,qua reus fatetur sedetere pro male oblatis,& ut auctor dicit pro usuris extortis,talis enim confesio inquit fisco nocet ante condemnationem sequutam,& confiscationem bonorum,& consequenter cum de iure cōmuni bona non pro scribātur auct.bona damnatorum C. de bon. dam. nocebit ab intestato succedentibus citat Bal.glo.ait,ordinariam in cap. quamquam de usu.in nouellis, & subdit incipit gloss. Dominus meus & alibi in iure non reperiri. adde quòd idē Aym. infra in consi.286.col.8.uer.tertio respondeo refert eundem Bal.
5 ubi supra & probat, † sed uideamus num solæ confesioni rei stādum sit, an magis aliquibus cōiecturis adiuuandam esse quod forsan obtinere deberet quod ideo dixi quia contra Baldi sententiam multa occurrunt,& glo.relatam,ego non reperi,& Baldi auctori-
6 tatem improbare non audeo, † denique illud non est omittēdum quod Iul. Clarus ait in relato loco ex consuetudine seruari vt tales damnati testari posint.

AD RESP. CLVIIII.

VIDE quæ addidi ad respon. supra 26.& Ceph.cons.340.in 3. nu.13.qui auct.refert & nu.5.adde Menoc.in tract. Recuperatem.10.num.123.

A D

AD RESP. CLX.

VIDE in eadem causa supra consi. 152.

Nume. 6.

Nota hoc responsum quo declaratur an ex geminato consensu tollatur remedium, l. 2. C. de res uend. & uide quæ addidi supra ad respon. 54. num. 7.

AD RESPON. CLXI.

Nume. 11.

1 QVOD hic † dicitur non fieri extensionem de persona ad personam complures dixere de quibus per Io. Dilect. in tract.
2 de arte test. cau. 5. in tit. de subst. † sed data rationis identitate non solum de casu ad casum, sed & de persona ad personam fieri posse post Cur. & alios & ex mente Aretini uerissimi esse scripsit præceptor meus Pau. Paris. cons. 66. lib. 3. Soc. Iun. quem omnino uide in cons. 120. num. 35. in 3. addo Aym. supra consi. 15. nu. 7. & recentiores idem probantes in tract. Paup. in nono spe. 9. quæs. sed & illud non omitto quod inquit Dec. consi. 275. in casu † fauore piæ causæ admitti extentionem de persona ad personam, & in contractibus uide infra consi. 173. & scito, quòd cum contra hoc responsum fuisset iudicatum, auctor in eadem causa consuluit, ut patet infra consi. 180. ubi defendendo hoc responsum, & respondendo Ancarani consi. neruos, extendit suos, & illud nota, quòd in casu Anctoris non conseruabatur agnatio per Reuer. D. Nicolaum, quia clericus, & uide an ex hoc cesset præcipua Ancarani ratio.

Nume. 4.

Vide supra consi. 113. ad quod Auctor se refert.

AD RESPON. CLXII.

1 QVONIAM hic † de incertitudine nonnulla eleganter referuntur, placet leuandi laboris gratia loca infrascripra addere, Mar. in rub. de proba. col. pen. & fi. & sing. 206. 217. 223. 263. Aym. supra cons. 104. & consi. 121. latissimè omnium And. Tiraq.

in

intract.primog.q.17.per totam,Recen.in tract. paup.in ter.speci. 11.quæstio.

AD RESPON. CLXIII.

1 QVOD † exercens officium Tabellionis extra curiam Principis propter officij vilitatem cadat à nobilitate,probat An. Tiraq.in tract.nobilitatis c.30.ubi sub num.9.inquit, Bar. in l.1.
2 C.de mand.prin.sicut eum refert Aym.consi.163.† infamem posse notarium esse,licèt illud non ita simpliciter dicat, Quod autem dicitur infamem non posse notarium esse, obtinet in notario principis. At alii notarii dicuntur magis habere officium, quàm digni tatem,subiunxit Aym. propter huiusmodi officium perdi nobilitatem, sed tu adde Bar. qui illud expresse dicit,infamem posse mu nus notarij exercere nisi ex publico haberet officium aliquod in iunctum in l.eadem, ff.ad l.Iul.repet. hęc ille, sed & addo Couar. pract. quæsti. cap.19.qui addit & Maurit.in repet.l.uni.C mulie. quo loco pag.143.Aym.nostri sententiam probare, subdit autem hanc sententiam,se opinari falsam esse,nec iure probari, cum hoc officium uile non sit nec infame, nec ullibi constet , priuilegium nobilitatis ex dicto officio perdi, unde putat nobilem etiam si Tabellio sit; cum plebeis contribuere cogendum non esse in oneribus principi persoluendis, etenim officium hoc & si uile sit cum exercetur extra principis curiam,non priuat quem nobilitatis pri-
3 uilegio,hactenus ille, tu uide Bar.relatum in dicta l.eadem;† Ego uero ut dicam, quid sentiam, existimo uerum esse quod scripsi in tract.de merca.par.2.num.18. ex loci consuetudine & hominum opinione nobile officium seu artem iudicari,& locum, ipsum inspici oportere,num scilicet in ciuitate illa inter honores habeantur & sat sit locum retulisse,quem,si libet,legito,hoc addo quòd in patria mea notarij inter nobiles habentur, omnibusq; dignitatibus, & honoribus potiuntur, prout in Hyspania Couar.testatur relato loco. De scribis etiam uide multa ex hystorijs relatis à Hier.Cag. in l.2.versi.ex ijs legibus,nu.105.& seq.nu.ff.orig.iur.& vide quid senserit Roland.à Valle in consi.87.in ter.

Num. 4.

In hoc articulo uide omnino tex.in l.c.diuo Marco C. de quæst.

&

& elegantem l.3.ff.de interd.& releg.Bar.in l.siquis, ff.de senat. & omnino An.Tiraq.qui hunc locum retulit in tract. notabilitatis c. 35.& ibi late disputat,& in trac.Primog.q.23.nu.18.& seq.ubi distinctionem & ueritatem uidebis.

AD RESP. CLXIIII.

Num. 1.

1 AD quaestionem †Guid.PP.461.& ea quae hic habentur multa possem referre,sed breuitatis causa relatione locorũ contentus ero,uide ergo l.Imperatores,ff.de tut.& rat.dist & quid senserit Did. Couar.Pract.quaest.c.6.nu.5.qui & hunc locum retulit, Adde & Boss.in tit.de Alimen.praes. & uide l.si instituta, in §.de inofficioso,ff.de inof.test. Affli. declarantem in dec. 10.& seq.pauca à recentioribus in tract.Paup.in 7.q.in 4.spec.num.14.& seq.& in materia l.si neget,ff.de lib.agno. Soc.Iun.consi.8.lib.3.& denique Pet.Duc.in regula 365.Hyero.Gab.consi.25.

Num. 3.

Adde Burg.in tract.de vsuf.mul.relict.nu.226.

AD RESPON. CLXV.

Nume. 1.

1 SI filius † lucratur ex industria, & operis suis aduentitium est peculium de quo,inst.per quas perso.nobis acq.§.1.si ex re patris,dimidium attribuitur patri, alterum filio,nisi industria filij sit pretiosior,ut hic,si vero filius nomine patris negociando acquirit totum hoc patris negociando acquiritur, & eius cedit commodo, ut hic sub nu.4.& omisso hoc loco plures retulit Mãd.apud Rom.
2 in relato consi.†.si uero uersemur in re dubia,dic ut per Doct. in l.cum oportet,C.de bon.quę lib.& supra consi.61.num.8.& denique quando pater teneatur ex titulo quod iussu,uide Pau.Par.consi.93.num.33.& seq.uol.1.& de eo qui iussu patris mercaturã exercuit seu eius mandato,scripsit Tiraq. in tract. Primog.in 89.q.quę intellige ut supra dixi,& adde recentiores in le.eandem nu.163.ff. de duo reis, denique uide Io. Ceph.in consi.69.in primo, qui hoc responsum non semel retulit & probauit, & respondet consi. Goz. multa tamen his relata praetermisit.

Nume.

Num. 3.

Vide latius supra consi. 144. præsertim nu. 5.

AD RESP. CLXVI.

1 QVOD in dubio † magis spurius quàm naturalis præsumatur
probat Iac. Menoch. contra Bal & auctorem, quem refert in
consi. 60. nu. 12. motus auctoritate Alc. ait retulit respo. 268. nu. 2.
& 3. & respon. 269. num. 1. & 2. sed tu uide quæ idem Alcia. scripsit
resp. 58. lib. 9. in fi. secundum nouam impressionem, qui retulit Bal
di responsum hic relatum & probauit, sed cum de iure ad proban-
dum filium naturalem, ut statim dicam, multa requirantur, raro cō
tinget nos uersari in dubio, & addes, quòd de sentētia auctoris Cę
sar. Vrs. in anno. ad dec. 69. Matt. ab Affl. nō sine ratione dubitauit
cum matrimonium sit quid facti, non tamen quæ supra retulit ci-
tauit.

Num. 5.

2 Nota scripta ab auctore circa notata in c. 1. de adult. & est † scien-
dum quòd mulieri asserenti se cognitam à Titio, & deuirginatam
non est habenda fides, nec creditur asserenti mulieri se à Titio co-
gnitam, cùm turpitudinem suam alleget, Alex. cons. 157. in quinto
& probat Franc. Bursalios referendo consil. 69. nu. 19. & 23. addo
Fel. in c. 3. loco, de præsump. & omnino Gram. consi. 85. Redem-
3 ptoris, in prin. † sed si Titius fateretur, aut constaret mulierem co-
gnouisse, & ipsa assereret se deuirginatam, haberetur fides, & pla-
cet referre uerba Abb. in dict. cap. 1. qui in patre puellæ asserente
4 filiam deuirginatam loquitur, & talia sunt, † quid si uir neget eam
uirginem fuisse, an mulieri seu patri hoc asserenti incumbat proba
tio, Doctores hic communiter quòd non, quia præsumitur uirgo
ex quo habebatur pro uirgine, & imputetur ei qui abusus est, nam
ratione huius delicti probatio transfertur in eundem, c. uni. vt ec-
cle. bene. de sponsa. imp. c. continebatur, planè si uir obdormiuisset
non tamen cognouisse assereret, & contra mulier, obstetricibus
standum esset c. proposuisti, de probat. & hoc casu cessat præsum-
ptum. Quibus ad propositam materiam addendum est, quòd natu-
5 ralis filius propriè ille dicitur, qui natus ex concubina retēta in do-
mo animo sobolis procreandæ, ex indubitato affectu, Io. An. apud

di, uide aureum respõsum Raph. Cum. relatum à Bar. Soc. in l. Gal lus, in §. eius, ff. de lib. & postu. & Rolan. à Vall. in qq. de lucr. dot. q. 6. nume. 11. & pulchre declarat au&ctor infra consil. 308. col. 3. uer. ad istud.

Nume. 12.

10 Ad † interpretationem au&ct. si quis, C. de nat. lib. adde Cat. Cot. in memo. in uer. legitimati Paul. Paris. consi. 13. nu. 77. & seq. in 2. Pet. Duen. in reg. 348.]

AD ESRP. CLXVII.

AD materiam huius responsi, in qua non insubtiliter loquutus est au&ctor, adde supra consi. 31. in ult. dubio, & consi. 49. & consi. 282. secunda par. Menoch. consi. 69. qui non semel au&ct. retulit, & habes tra&ct. de compen. Sebas. Med. & uide maxime q. 31. & Menoc. de arbit. iud. casu. 213. lib. 2. & ad id, quod nu. 5. dicitur, uide omnino D. Borg. in tra&ct. de usuf. mul. relic. nu. 19. pag. 390.

AD RSP. CLXVIII.

1 TOTA hæc controuersia pendet † ab interpretatione le. eum, qui nocentem, ff. de in iur. Vnde uide quę non inelegãter scripsit Dida. Cou. li. Var. resol. 1. c. 11. præsertim nu. 6. & Pet. à Plac.
2 in epit. Deli&ct. c. 1. pag. mihi 13. † Credo autẽ, quòd hoc responsum in Ciuitate Venetiarum non seruaretur, in qua de more libera satis est facultas aduocatis, & Fisci procuratoribus obloquendi, criminaque obijciendi reis, ita ut ignarus cõsuetudinis obiecta uera opinetur, & admiretur, & parui pendi solent eorum di&cta, & obie&cta crimina.

Num. 8.

3 Adde quòd plerunque † propter dignitatem natalesque, & maiori nobilitatem cum delinquente mitius agitur, de qua re latiŝ. uide per Tiraq. in tra&ct. de pęn. temp. causa 31. & ad rem huius resp. sub nu. 18. & seq.

AD RESP. CLXIX.

1 ILLVD puto uerum † compatres testes non repellẽdos, totum autem hoc iudicis arbitrio ex circunstantijs relinquendum,

 quanta

quanta fides habenda sit, ut And. Tiraq. Deci. & alios referendo probat in leg. si unquam, in uersi. liberos susceperit, numo. 30. & nu. 38. C. de reuo. don. & in tract. de pen. temp. cau. 23. nu. 6. adde Pet. à Plac. in epit. Delict. c. 40. num. 113. & idem sensit Menoch. de arb. iud. lib. 2. Cent prima, casu ulti. quod non est sine ratione,
2 non omitto tamen quod Alci. inquit in consi. 2. libro. 6. † Com. patrem etiam testem omni exceptione maiorem præterquam in causa ipsius quem in baptisimo tenuit, citat Alex. in l. generaliter, ff. de in ius uoc. quem tamen uide.

Num. 4. & seq.

3 De teste † ebrio uide quid senserit Mar. Mant. consi. 4. num. 43. & seq. placet autem mihi quod auctor dicit, vt iudex ex testimonio ebrij, an uerba ebrij sint, dispiciat, arg. eius quod legitur act. apo. c. 2. & arg. tex. in l. ob quæ uitia, ff. de ædil. edict. in illis uerbis aliena loquatur, & more insanorum deridenda loquatur, quia ex ijs quæ quis dicit, & facit, præsumitur, arg. l. pe. ff. de con. inst. & l. Titia, ff. de inof. test. ebrij enim nesciunt quid loquantur, iacent sepulti, & & ignorantes dicuntur 15. q. 5. c. sanè. Vnde illa quæstio de quodã furioso qui condidit testamẽtũ & in eo recte, & prudenter omnia disposuit, ut prudens, tempore conditi testamenti fuisse credatur, de quo Ias. scripsit in consil. 141. uisa longa, col. 6. vol. 4. & Io. Dilect. in tract. de arte test. in tit. de his qui non hab. tes. fac. cap. 6.
4 & quando † de ebrietate sermo est, placet infra scripta loca leuandi laboris gratia annotare, c. ab exordio, & seq. 35. di. c. inebriauerunt Lot. 15. q. 1. de contractu ebrij gloss. in c. unusquisque. 23. q. 4. glo. & Ang. in l. quæ adulteriũ, C. de adult. Diuus To. ad Rom. primo, in commentariis in uerbo. Ita & sunt, Doct. in ca. à crupula de uita & honest. cle. addo not. in l. respiciendum in §. delinquunt, ff. de pen. l. omne delictũ. §. per uinũ, ff. de re mil. & circa delicta ebriorum Ang. Are. in pract. in uer. sciẽ. & dolose, plene An. Tira. in tra. de pen. temp. causa sex. Menoc. de arb. iud. lib. 2. casu 225. Pet Duc. regula 259. nu. 4. & nonnulla exempla notanda retulit Hyer. Gig. in tract. de crim. læ. maie. q. 52. Pet. Plac. in epi. Delict. cap. 30. Recen. in Rub. Pub. læti. pag. mihi 7. & quòd ebritatis probatio sit difficilis & quomodo probetur Dec. in consi. 100. in præsenti.

Num. 5.

4 Quòd testis lusor maxime in criminalibus repellatur, late probat

bat Gram. in consi. 135. in fi. & dec. 11. illud negari nequit, quod in ciuilibus etiam testis non sit integer.

AD RESP. CLXX.

VERE subtilis est hæc cōsultatio, & non eget additione in substantialibus, hoc solum addam † ad nouam collationem posse deueniri, quādo prima est nulla, Abb. in c. cum nostris, de conce. preb. Paris. consi. 47. nume. 38. uol. 4. & uide quæ addidi supra ad respon. 134. in nu. 40. Rolan. à Valle consi. 46. num. 38. uol. primo, qui loquitur de collatione facta incapaci, & excommunicato, & nu. 37. post Boc. dicit unum ualde notandum † quod enim dr, collationem factam excommunicato sustineri uigore clausulæ, quæ in literis sacerdotiorum seu beneficiorum per Romanos Pontifices adijci, solet, ec à censuris, & pœnis quauis auctoritate à quocunque latis quibus innodatus existis ad effectum consequendum dumtaxat absoluimus, locum non habere in eo, qui fuit excommunicatus ultra annum, quod nota ad declarationem eius quod Alb. retulit in l. à procedente, C. de dila. in prin.

Num. 4.

Comproba ex ijs quæ dixi in tract. de Adiec. par. 3. num. 346. de consuetudine Martini Induda, à patre, C. sol. mat. restringenda, & non amplianda, & adde etiam quæ scripsit Gram. dec. 92.

AD RESP. CLXXI.

1 NOTA † interpretationem ad c. fra. sede, quod situm non est in ti. de rescrip. sed in tit. de præb. in 6. Quæ interpretatio (ni fallor) uera est, & comprobari potest hoc modo, responsum intelligitur secundum interrogationē, § præterea inst. de inut. stip. l. de ætate, §. qui interrogatus, ff. de interga. act. unde Sceuola I.C. secundum ea, quæ proponebantur, respondebat, cum autem collationes à duobus factæ proponerentur nec appareret utra prior esset, respondetur, erit prior conditio possidentis, responsum intelligendū est de possessione ex collationibus factis, facit quod dicitur in præfationibus dicta repetita censeri, ff. de uer. oblig. l. Titia, §. idem respondit, & quod idem Aym. scripsit in consi. 134. nu. 22. & sequnt.

&

& quoniam glossa in c.si à sede, prioritatem ex hora dignosci scripsit, bona † cautela est, ut in rescriptis hora apponatur, item & in
2 contractibus, uide ergo glo. in l. si ex pluribus, in §. fi. ff. de solut. & & de hora notabile, dictum Decij consi. 169. col. vlti. quem retulit Mar. in sig. 219. & multi scripsit Fel. in c. pastoralis, de resc. neg. in tract. de pigno. in 4. mem. secunda par. nu. 125. & in 2. mem. 5. par. nu. 70. Doct. in l. prima, ff. solu. mat. Afflic. Dec. 387. Menoc. de arbitr. iud lib. 2. casu 48. And. Tiraq. in Mar. Priuileg. q. 17. uer. ad undecimá Cotta in memo. in uer. Hora, & omnino adde quod in pulchra, & quodam modo noua quæstione scripsi in tract. de Decoc. inserto in tract. de Merca. in ulti. par. nu. 12. & seq.

Num. 13.

Adde quæ scripsi in tract. de Merca. in ult. par. nu. 41.

AD RESP. CLXXII.

PROBANDVM arbitror hoc responsum, rationalis namque ui-
1 detur auctoris interpretatio ad rescriptum principis datũ † pro qua duo iura succurrunt, alterum l. sancimus C. de iud. alterum l. si quando C. de inof. test. in illis uerbis neq. n. credendũ est Romanũ principem qui iura tuetur, & reliqua. quæ iura licèt vulgaria ad rẽ tamen faciunt, & licèt dici soleat, rescripta Principum ipsi Principes interpretentur c. cum uenisset de iud. l. ex facto ff. de vulg. Alc. in consi. 1. li. 4. quod comprobat hoc responsum, recte tamen Bal.
2 in dicta l. ex facto, inquit, uoluntatem † principis in re dubia talem presumi, qualẽ ius ipsum disponit, & facit l. fi. C. sen. resc. nõ posse, ui de Menoc. de arb. iud. q. 52. pertinet enim ad id, quod habet hic nu. 5. & vide quę addidi supra ad resp. 5. & quando de contumacia hic, agitur omissis locis vulgaris, uide Menoch. in relato loco, & casu 153. & seq. & si libet recen. in tract. de paup. in 20. spec. sep. q. & omnino uide auct. infra in consi. 254. par. 2.

AD RESP. CLXXIII.

1 PRobandũ † uidetur hoc responsumr cũ inæqualitas non modica tam in coeunda quàm indiuidẽda societate proponatur, & hæc sententia magis adiuuatur ex communi sententia, de qua in glo.

gl.in versi.societati, in citata l.si non fuerint quàm,& declaratione Cornei hic relata, quam nō improbat Iac.Menoch.de arb.iud.casu
2 125.lib.2.in fi. Quòd † possint scilicet partes conuenire in diuisione societatis partes æquales esse,licèt unus plus,quàm alter contulerit, non autem ualeat pactum, ut quis duas partes habeat alter unam,si non contulerit plus societati uel pecunia uel opera,vel cu-
3 iuscunque alterius rei causa, † Sed cum unicuique liceat proprium sensum expromere,rationes quæ mouere Doct.in hoc ultimo casu, & in declaratione Cornei locum habere uidetur,quia scilicet societas ius fraternitatis habet l.uerū.ff.pro soc. & in societate æquitas ualde à iurisconsultis merito consideratur,unde præsumpta donationis causa in vtroque casu interuenire uidetur,cogita ergo nec recedas,nisi bene nō semel cogitaueris,à relata sentētia,& an quæ dixi moueant, & adde Dida.Couar.resolut.Var.lib.3.ca.2.qui idē considerabat contra Cor.& lætatus sum eo prius non uiso, differentiam ueram non posse in relatis casibus considerari,uerū si concederetur pactum prædictum ualere,quod Doctores negant, dicet aliquis contra auct. in seq.dubio non agi de extensione, sed de casu comprehenso in pact. societatis,nam morte finitur societas l. actione,§.morte.ff.pro soc.de quo Alex.consi.70.lib.7. Dec.consi.213.& declarat Soc.consi.87.col.4.in primo,& Dec 441.& Paris.consi.82.uol.1.& consil.84.& seq.eo.uol.unde hic casus finitæ societatis à iure prouenis,qui includitur, & non excluditur in l.societatis,licèt enim persona Antonij tantum sit nominata hęredum personę uidentur includi:quia plerunq; tam nobis ipsis quàm hęredibus nostris cauemus l.si pactum ff.de prob.An.Tiraq.in tract.
4 de Ret.conuen §.1.glo.6.quem uide,omnia nanque † pacta actiue & passiue ad hęredes transeunt,etiam si illis mentio nulla facta fue
5 rit Bal.consi.112.de generali natura &c. in prin.lib.2. † sed Aym. nostri defendi posse uidebatur quòd immo de extensione agatur, quamuis.n.lex subintret in soluta societate per mortem, non tamē subintrare uidetur in casu diuisionis modo prædicto, immo per contrarium ut ęquæ partes fiant dicta l.si non fuerint ff. pro soc.

AD RESP. CLXXIIII.

1 ADDE omnino Rolan.à Valle in tract.de conf.inuent.pag.in libello meo 229. ubi auct.refert, & probat, † ex mandato de soluen-

tia Bar.& communis recipitur, illa unica reddi potest, ut bona reuertantur ad lineam unde orta sunt seu quæsita, & æquum non ut unde exeunt flumina reuertuntur facit l.de emancipatis in fi. C.de legi.hæredib. inquit Anc.in consi.549.de iure communi &c.& facit glo.probata in auct. itaque, C.commu. de succes. & l.cum alijs C.de secun.nupt.quæ ratio æquè interuenit, quando sunt fines, & concurrunt cum ascencentibus, & unica ergo ista ratione argumẽtum optimum sumitur, gl.& Doc.in l.quamuis C.de fidei.quæ ratio habetur pro expressa in tantum, quòd licita sit extensio, ut late probat Ias.in auct.quas actiones num.22.C.de sacr.eccle. & latissime And. Tiraq.in tract.cessan. causa, limitatione 21.num.7.usque in fi.& facit not.l. his solis C.de reuo.dona.& ut uerius dicam prædicta intellectiua non extensiua dicitur interpretatio, non enim extendi hoc casu sed contineri dicitur le. si postulauerit, in §. sed si negauerit.ff.de adult. Aym.infra consi.183.nu.3.ubi pulchrè consi.186.nu.11.ex quibus argumentum de extensione cessare uidebatur, argumentum tamen factum per auctorem sub nu.2.fortissimũ uidetur, & est in uer.sed fortius. Vnde uel admittendum argumentum uidetur, ut si reperiatur bona paterna in hæreditate defuncti, pater præferatur, uel melius, ut in ijs non eadem seu tanta sit ratio quanta in casu præcedenti scilicet quando bona profecta sunt à linea paterna uel materna, lector igitur cogita & sat sit cogitandi causam dedisse.

AD RESP. CLXXVII.

Non est contemnendum hoc responsum ad declarationem c. si.de elect.in 6.& nota quòd † literæ legati à latere diligenter sunt semper spectandæ, ut sciamus an iuri communi derogandi facultatẽ habeat, ut per Boer.in tract.de potes. legat à latere, nu. 53.ad quem confugito, & est in To.12.

AD RESP. CLXXVIII.

Num. 1.

Adde quę ad materiam c.afferte gladiũ, extra de præsumpt.& pręsumptiones scripsit And. Tiraq.in tract.de pœnis tempe. cau.21.

V Num.

Nu. 3.

1 De socio † criminis uide quę copiose multos referendo scripsit Iul.Cla.in pract.§.fi.q.21. Gram.dec.28.& declara dictum Aym. hic ut per eundem Gram. in consi.1.nu.61.& seq.inserto in dicto libro Decisionum,adde nouissime Iac.Menoch.de arbit.iud.casu 474.qui, & in ciuilibus, & criminalibus quando socius pro socio vel contra socium admittatur,late tractat, & hunc locum refert,& attende lector candide circa responsum Decij hic relatum sub nu. 342.per Car.Ruy.consi.158.uol.5.in eodem casu ex facto consul-

2 tus respondit,& non uidetur assentire,† quòd illæ mulieres deponentes de partu supposito,quando criminaliter ageretur, probent at si ciuiliter agatur,admittantur,sed subtiliter considerauit ciuiliter eo casu agi, & uide sub nu.18. ubi unum subiecit ualde notan-

3 dum,† quod enim dicitur, participes delicti non admitti in testes, obtinere debet,quando inducuntur ad probandum delictum contra illum, cum quo delictum committunt, ut ille ciuilit.seu criminaliter puniatur, non autem quando inducuntur contra tertiũ, qui nihil deliquit,exemplum est in casu suo, & hanc declarationem putat ueram,nec se legisse aliquem ait contrarium dicentem,quia uere hoc casu non loquuntur Doctores, remota ergo societatis criminis exceptione, criminis tantum hoc casu remanebit exceptio.

Nu. 5.

Adde l.ciuilem.C.de furt.

Num. 7.& seq.

Adde supra cõsi.73.nu.5.qui idem dicit,& uera uidetur illa sententia,ut tali testi de eo,quod à se gestum est deponenti magis credatur, non tamen plene probet, uidel ate per Iac.Menoch.de arb. iud.lib.2.casu 99.& adde Ruy.declarantẽ l.quæro.ff.de ędil.edict. consi.19.uol.5,Viui.lib.commu.opi.in uer.testes, præterea alios quia relati loci sunt uberes, & solum addo eundem Aym.qui in eadem est sententia con.220.nu.17.& seq.

Num. 9. & seq.

Nota diligenter Aymonis nostri sententiam; Tu scis,quòd Bar

4 to.in l.1.in §.incidit, ff.ad S.C.Turp. inquit † instigator,uel mandans,uel accusator incidit in Turpilianum,si non probet, & non prosequatur, & Ang.in sua practica in uerbo & ad querelam nu. 2.inquit,dico unum menti tenendum, quòd is ad cuius instantiã, quere-

querelam uel instigationem iudex inquirit, si inquisitio non probatur, tenetur pœna Turpiliani S. C. & etiam condemnatur, in expensis, quibus adde omnino quæ late scripsit Gram.dec.39.qui
5 idem referendo Doctores hoc generaliter asserentes probat.† tem perat hoc Aym. ut uides, locum non habere, ubi quis iustissimam causam denunciandi haberet contra ipsum reum, quæ declaratio, rationabilis est & auctoritate Ias. comprobatur, in consil. 2. in 1. qui & alios refert.

AD RESPON. CLXXIX.

COMPROBA ex iis, quæ scripsit Paul.Paris.consi. 79.in 1.
1 qui † ad defendendam sententiam celeriter latam multa cumulat, & Deci.consi.295.num.13.& ad peruertendum sententiã celeriter latam, uide Ias.in consil.44. uol.3.Io. de Ami. consil.26. col.2.Rot.Rom.con.38.& de gestis breui tempore adde multa relata à Mar.consil.48.num.31.& seq.& in l.statuliber,col.pen ff.de quæst. Tiraq.de ut.ret.§.1.glo.7.num. 75.& seq.& quæ scripsi in tract.de decoct.par.3.nu.30.& seq.

Nume. 6.

2 Vide Did.lib.3.Variarum reso.ca.17.ubi, quòd † emptor ipse qui non denunciauit euincentis iustitiam probare teneatur, etiam si uenditor non alleget, quòd potuisset rem defendere, si ei lis denunciata fuisset, adde omnino Gasp. Cabal.in tracta. de euict.§.3. nume.91. & sequen.& quæ addidi, supra ad respon.83. sub nu.6.

AD RESPON. CLXXX.

VIDE supra consi.161.& Franc. Marza.in epit. in fide.mate. q.43. qui auctorem refert.

AD RESPON. CLXXXI.

1 PAVLVS Paris.consil.67.in 1.inquit † absolutoriam latam ab obseruatione iudicij, ut plurimum esse diffinitiuam, non autem interlocutoriam idq; communiter esse receptum, citat nonnullos & præcipuè Ias.in repe. l.admonendi,num. 80.ff.de iure.&

ſubiicit tex.in l.properandum,in §.& ſi quidem,loqui quando fertur ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij ex cauſa,quia inſtantia erat perempta, tu uide Iaſ. in l.iuriſiurandum, in §. fi.ff.de
2 iure.& Hiero.Gab.qui cum refert 1 & ait magis receptum,& interlocutoriam eſſe mixtam, habentem tamen uim diffinitiuæ, ut patet conſil. 19.qui de Pariſio non meminit,& ſubiicit ualde referre, an ſit interlocutoria uel diffinitiua. Quia in interlocutoria cauſa ſecundum communem ſententiam eſt exprimenda,ut per Fel.in c. examinata,num. 19. de iudi.

Nume. 3.

Adde Ruy.in conſi. 157.num.20. uſque in fi. in quinto,ubi de-
3 clarat † quæ dicatur mera interlocutoria,& addit nonnulla,& multa per Phil.Cor.in conſ.262.Pro euidentia,in 4. qui in ciuitate noſtra conſuluit declarando ſtatutum ſub rubr.de appell. in uerſi.ab interlocutoriis,& unum ſub num.6. non contemnendum inquit, Quoniam legum prudentum, uertices, aliquando crearunt in di-
4 ſcernendo † ſententiam diffinitiuam ab interlocutoria, cautelam etiam in huiuſmodi adhibere omnes ſolemnitates,quæ in diffinitiuis,ſolent adhiberi, prodeſſe nanque id poteſt, non obeſſe, & uide
5 quia ferè omnia hic relata attigit,& de † ſententia ſuper attentatis Rota deci.85.ſi à ſententia,in nouis,Pet.Duen.regula 47.ver. Tertio fallit,& illud non eſt omittendum,ſi iudex in ſententia quæ eſt merè interlocutoria, dixerit, nos diffinitiue pronunciamus, non uerba iudicis, ſed natura ſententiæ quæ eſt interlocutoria attendenda ſit,Anc.conſ.343.præmitto &c.col.1.Aym.infra conſ.186. num.5.uer.primo attenditur.Hiero.Gab.in relato conſi.19.& denique,de ſententia de exequendo uide infra in conſ.273.& quę ibi addidi,& quando poſſit appellari à ſententia interlocutoria,nouiſſime ſcripſit Menoch. de arbi.iudi. caſu 489. Quibus etiam addes quæ nouiſſime ſcripſit D. Cæſar Vrſi. in addi. ad 42.deciſ.Matt. ab Affl.quòd enim hic dicitur,ſententiam quæ declarat, appellationem deſertam interlocutoria eſſe habentem uim diffinitiuę,& nō reuocari per eundem iudicem,& iuſtificari debere ex iiſdem actis mirum uideri cum contrarium uiderit ſeruari in ſacro conſilio.

Nume.5.

6 pulchra† declaratio ad §.& ſi filius,ut denegatis à patre alimentis, quia filius articio ſeu opera ſua ſibi uiꝫtum parare poterat, ſi neceſſitas ſuperueniat & aliqua humana calamitas, ut ex operis ſibi ſufficere non poſſit, eidem filio abſque controuerſia ſit conſulendum, hoc enim in filio legitimo magis admittēdum etiam neminē ſani capitis denegaturum puto. Non mouere etiam debet relatum reſponſum Roma. 344. Nam quòd dicitur de Parroco, ut poſſit cogere parrocos ad oblationes, quæ fieri in pleriſque locis aſſolent in re diuina ſeu miſſa,licèt opera ſua poſſit ſibi uiꝫtum quærere,diſsimile eſt, unde ex eo nō reꝫte infertur l. Papinianus exuli de mino.& ſi id conſuetum eſſet conſuetudo ſeruanda eſſet, quā-
7 quam non male forſan dici poſſet, † quod dicitur in c. clericus uiꝫtum 91.diſt.ſit de conſilio non de præcepto ad remouendas tentationes, pro quo ſuccurrit, quod inquit Apoſtolus ad Corin.1. cap.9.præcipue in illis uerbis ſed non uſi ſumus hac poteſtate, & relati text.non dicunt clericum debere ſibi uiꝫtum parare ex artificiolo ſeu agricultura,ſed utuntur uerbo quærāt,inquit etiam Io. de Turrecre.in eo.c.Apoſtolus, didicit artificium,ut quæreret ſibi uiꝫtum,vnde patet,quòd laborare manibus,vt quæratur viꝫtus conuenit perfeꝫtis,ut perfeꝫtus Paulus fecit aꝫ.20.Aymonis au-
8 tem † noſtri ſententia ex circunſtantijs hic relatis, & præcipue ex eo, quod corporis habitudo talis erat,ut non poſſet opera ſua ſibi alimenta parare defendi poteſt,ſed illud addo,quòd ratio habenda

est eius, quod ex agricultura percipi posset, & supplendũ est in eo, quod non sufficit, & sensisse uidetur Auct. hic, & in seq. responso propè fi. & miror, quod non sit citatus ad hoc tex. in dicto §. & si filius, ibi, in ea ualetudine es, ut operis sufficere non possis, quod enim iuris est de toto quo ad totum, & de parte quo ad partem, l. quæ de tota ff de rei uen. denique est huic rei, & illud quod attigimus repetendum, si filio spurio absq; dedecore, & conditionis suæ iniuria artificium exercere seu operari non liceret, ei nihilominus alimenta deberentur, ut relati Ant. Gab. & Pet. Duen. probant, ille sub nu. 30. & hic prope fi. relatæ regulæ 366. & notandum est, &
9 illud † tali spurio alimenta splẽdide non deberi inspecta patris persona, sed secundum educationem quæ est de iure naturali, & an teneantur spurij cautionem præstare de restituẽdo relicta sibi à patre & pleraq; alia, uide infra consi. 219. nu. 8.

Nume. 4.

Adde Franc. Marz. in epit. ad mate. fidei. q. 41. qui Aym. refert.

Nume. 12. & sequen.

Adde Iac. Menoch. in consi. 24. nu. 28.

AD RESPON. CC. ET VLTI.

Nume. 5.

ADDE omnino quæ notaui, supra ad respon. 40. & Phan. probãtem in tract. de lucro dot. in uer. liberis superstitibus. nu. 45. & de spurio, uide in præcedenti responso, & quoniam hoc responsum plenum est & elegans, in quo Auctor neruos extendit suos, & propter Auctoris auctoritatem nil addendum censui. sed finem lucubrationibus meis facere, nisi quòd hoc responsum sub nu. 7. uer. rursus regula &c. refert ac probat Gram. dec. 93. nu. 12. ubi limitat pluribus modis, l. cum à matre, C. de rei uen. Licèt Marzerius in epit. in mate. fidei. q. 46. dicat hoc responsum in relato loco ab eodem Gram. improbari, & uide Iac. Menoch. consi. 89. nu. 102. qui hunc locum retulit declarando non improbando, & paulo ante dictum numerum sept. refert ac probat Ceph. consi. 337. num. 24. in tertio. & uide quid dixerit additio. ad decis. Matt. Afflic. sub num. 203. Tu autem candide lector si quid minus bene dictum aut additũ inueneris benignè corrige, & fragilitati ac huma-

næ imbecillati & mihi tribue, in nullo enim peccare & omnium habere memoriam (ut imperator noster inquit) diuinitatis potius quàm humanitatis est. Si uero boni aliquid legeris, maledictis dato ueniam propter Dei gratiam benedictam.

Notare apud responsa secundi uoluminis uix in animum induxi meum. Tum propter assiduas occupationes & publicas & priuatas, in quibus quotidie uersor, tum etiam quia, si uerũ amamus, Primum responsorum uolumen huic secundo longè præstat, idq; multi prudentes dictitant & cum anno sanctisi. Iubilei cum tota familia Romam me contulissem & mihi aditus facilis fuisset cum familia ad S. P. N. Gregorij XIII. pedes, fuit enim præceptor meus colenelissimus, interrogauit me quid agerem modo. Quid ne in hac legali scientia noui tentarem edere, & respondissem annotationes quasdam ad Aymonis egregij I.C. responsa fermè more Io. Bolog. ad responsa Ananiæ, subiunxit, Primum uolumen, cõtentus ergo benignè lector esto paucis annotationibus in hac secunda par. & tu fac meliores & pleniores, amicorum enim precibus deuictus mutaui sententiam.

AD RESPON. CCI. PAR. SE.

IN hoc primo articulo uide quæ latè notaui, supra apud responsum. 12.

Nume. 2

De auctoritate Pauli Castrensis Alex. & aliorum habes apud Cat. Cot. in memora. in uer. iuris ciuilis, ubi nomenclatura tam ueterum quàm recentiorum iurisconsultorum, & de Alexan. quòd lucerna ardens, Cathedra iuris ciuilis, & aureus Doctor Neuiz. in sua sylua, lib. 5. nu. 27. Addo, quòd Ias. in suis responsis aureum & immortalem doctorem non semel appellat, & quòd nephas quodam modo sit ab eius responsis recedere, uide in consi. 84. num. 6. in 1. & consi. 88. in fi. Dec. in consi. 62. in causa &c.

Num. 3.

Vide omnino quæ addidi, supra ad respon. 12.

Num. 5. & seq. nume.

Adde Dec. in c. cum uenerabilis, de excep. num. 15. & ad declarationem uide Arct. in consi. 13. col. fi. Ias. consi. 21. col. 2. uol. 3. & in

in §.si minus, de act. plenè Iac. Phil. (si is est) concl. 13. lib. 1.

Num. 7.

Vide quæ scripsi supra consi. 188. nu. 5. & quæ nouissimè Menoc. scripsit de arb. iud. casu 271. nu. 5. & num. 11.

Num. 14. & seq.

Adde quæ notaui supra apud responsum. 115. & omnino Cepha. in consi. 271. nu. 22. in secundo, qui declarat.

Num. 19. & sequen.

Vide quæ latè de stilo scripsi in tract. de Assen. glo. 38.

Num. 34. ante & seq.

Adde Bar. in l. Emilius, ff. de mino. & l. etiam, eo. titu. & in l. cum
1 filius, §. in hac. ff. de uer. oblig. & recepta est sententia† ut ex capite ignorantiæ, & clausula si qua mihi iusta causa minori lapso tempore redimendi, non autem ex titu. de mino. detur restitutio, idq; patet ex scriptis à Balbo in tract. de præscri. in 1. par. 6. partis, nume. 32. To. 16. in uoluminibus tract. Hyeto. Cag. in repe. l. 2. C. de pactis inter empt. q. 70. num. 224. Car. Ruy. consil. 54. in 5. Folle. in pract. Can. in quinto instrumento gratiæ, Gram. dec. 52. Mau. in tract. de restitutio. in integ. c. 95. & c. 299. & uide Rolan. consil. 10. in secundo, Soc. Iun. in consi. 104. num. 11. & seq. in 3. Borg. in tract. de tutore. num. 101.

Num. 47.

Adde quæ scripsi in tract. de Merca. par. ulti. in tit. de excep. nume. 7. & sequen.

AD RESP. CII.

NON insubtiliter propo sita hæsitatio disputatur. tamen, quod liceat mihi pace Auctoris dicere, nonnulla sunt argumenta uaga nimis, puto tamen ex omnibus quæ proponuntur responsum probandum.

Nume. 18. uer. 6.

1 Nota, quòd legitimæ† causa bona ascendentium non censentur tacitè hypothecata, ut latè scripsit Dec. consil. 235. in fi. Negus. in tract. de pign. in 4. memb. 2. par. nu. 212. ubi temperat, quando esset relicta in testõ. iuxta l. 1. C. de lega. & de supplemento etiam legi-
2 timæ in relatis locis. & adde, quòd filius † non potest propria au-

cto-

ctoritate legitimam eligere in una re, sed receptum est iudicis arbitrio id fieri, Bar. in l. suus quoque, ad fin. prin. ff. de hære. instit. Dec. consi. 236. nu. 9. qui in seq. nu. subiunxit, si filius grauatus hæreditatem restituere post mortem, & aliqua bona fideicommisso subiecta uendiderit, asserens in instrumento se dicta bona elegisse pro legitima, iudex æquitate suadente potest, & debet alienationẽ factam ratam habere, & refert doctorum loca, declaratque, dummodo bona fide, & non dolo facta sit alienatio, probat Pau. Paris. consi. 45. nu. 5. lib. 2. & declarat Car. Ruy. in consi. 28. nu. 1. & nume. 8. vol. 5. Cur. Iun consi. 21. nu. 10. Roland. consi. 12. in primo, Franc. Bur. cons. 84. nu. 11. & seq.

Nume. 27.

Glo. in l. 2. hic citata de in diem addic. sic enim in Pand Florentinis legitur, recepta est, ut inquit Pau. Paris. consi. 5. num. 12. in 4. And. Tiraq. in tract. de ret. conuen §. 2. gl. 1. & unica nu. 24. & seq. Ruy. consi. 55. col. 2. in 5.

Nu. 39.

Adde quæ scripsi in tract. de Mercat. par. 2. num. 17. & in 3. par. nu. 14. & seq.

AD RESP. CCIII.

Menoc. uide casu 189. de arbi. iud.

AD RESP. CCIIII.

IN materia riui, & præscriptionis uide supra consilio. 124. & quæ ibi addidi.

Nu. 5.

1 Nota quòd notorium facti triplex dicitur, facti i. s. permanentis, facti transeuntis, & facti interpolati secundum Ias. in l. si uero, in § qui pro rei qualitate, nu. 8. ff. qui satis. cog. quem commendat So. Iun. consi. 139. & seq. in tertio, & si libet, uide quæ scripsi in tract. de Assecu. in glo. 14.

Nume. 6. & seq.

2 Tu scis quòd iudex procedendo ad ulteriora uidetur tacitè pronunciare obiectas exceptiones non obstare, l. à procedente, C. de di-

dilat.l.ait prætor,in §.permittere, ubi Bart. ff. de mino.c.ex parte,
3 de probat.Ias.conf.2.col.pe.uol.1.† Declara ut hic,saluas esse exceptiones peremptorias,litisq; finitæ;& in sententia,quã iudex se competentem pronunciat,declara ut per eundem Ias. ubi supra,& consil.100.in ultima col.eo.uol. 1. declarat etiam legem à procedente Dec.cons.275.nu.4.& cons.197.in causa & c.Car.Ruy consi.114.num.18.uol.5.& Alc.in consi.51.Hæc commissio,& con
4 sil.seq.lib.6.nu.13.† Et circa exceptiones peremptorias plene scripsit Cassan.consi.69.num.12.& seq.& deci.Tholo.sub num.67. ubi Stef.Auf.& ibi præcipue de excep.præscriptionis quòd sit peremptoria eleganter scripsit post Areti. insti.de excep.uer.octauo, & adde alium Dec.Thol.sub num. 29 & apud ad Stef. Pauca Tira.de leg.connub.glo.7.num. si.quæ loca nota, leuabunt enim labores.

Nume. 8. & seq.

Ripa uidendus in l. quominus,nu.25.& seq.numeris, ff de flumi.& Rolan.in consi.97.num.11. qui hunc locum retulit & probauit,& est in ter.uol.

Nume. 16.

5 Nota declarationem ad decisionẽ Rotæ, 380.† in nouis, si iudex &c.quod scilicet inquit Rota,vbi requiritur expressus consensus non sufficiat tacitus, qui ex facto colligitur, ut locum habeat, quando expressus consensus pro forma requiritur,sed si uerũ amamus, Rota ubi supra solum inquit, ubi expressus consensus à lege requiritur,non sufficere tacitum,& reperi And.Tiraq.de leg.connub.glo.7.num.7. referentem deci.Rotæ relatam,qui inquit,si lex uel statutum exigat consensum expressum nuncupatim, tacitum non sufficere,& si huiusmodi consensus non sit ad solennitatem, sed tantum respiciat commodum aut in commodum eius, qui consentire debet,citat c. statutum in §.nullo,relatum à Rota de res.lib. 6.& Doct.ibi,& Rotam ubi supra subiungens ibi,hoc dicitur generaliter in omnibus, non tamen nec de Soc. nec auctore nostro meminit.

Nume. 18.

Adde quæ dixi supra, consi.124.num.13.

AD

AD RESPON. CCV.

1 NOTA quòd hic & nostris temporibus magis recepta uidetur sententia † quòd uidua commit tens stuprum etiam intra annum luctus non perdat dot. ut inquit Soc.Iun. in cons. 111. num.7.in fi.lib.3. Rolan. autem consi.86. num.36. circa fin.in 2. distinguendo opiniones conciliat,an stuprum factum sit intra annum,uel post annum,& auctorem refert ac alios idem asseuerantes,uide Iul. Cla.in pract.in uer. stuprum,uer.sed nunquid,& nota hoc responsum, in quo Castrensis sententia, quæ magni nominis, habuit sectatores, non ineleganter peruertitur, Illaq; magna diuersitatis ratio inter nuptam, & uiduam reddi potest, quia in nupta agitur de maximo præiudicio, ne forte alienam sobolem pro sua uir habeat.Quæ ratio cessat in uidua transactis saltim temporibus,ut in auct.de ea quæ unde.men.parit,& adde eundem Aymo. & refutantem sententiam Castren.infra consi.304.col.fi & omnino dec.Pede.sub num.77.num.23.& seq. ubi hic locus refertur,& damnatur & Castr.sententia defenditur.

Nume. 2.

2 Cum quæritur † an alimenta præstanda sint in domo uel extra domum has ego facti species constituo.

3 Prima quando † testator alimenta reliquit in domo,& extra domum non esse præstandas receptũ est.l.qui concubinam,in §. vxori.ff de leg.3.pulchræ Bar.consi.211.Ale.in consi.100.in prin.li.1. Pau.à Monte Pico.in l. Titia,in §. Titia.ff.de leg.2.nu.135.& seq. illa enim uerba adiecta,in domo,demõstratiua addita fuisse fauore hæredũ,minus enim graue est præstare alimẽta in domo,quàm

4 extra domum ut doctores dicunt, & experientia cõperimus. † Idẽ iuris est,si dictum sit,cum hæredibus moretur,uel habitet,uel uictum,& uestitum habeat,& habitationem in domo,ut in dictis locis, & quando testator dixit casu quo uxor cum hæredibus habitarę non posit,idem respondendũ de cons.Aym.infra cõsi.268.

5 tempera † si salua pudicitia mulier immorari domi non possit, & legitimam suspicionem sufficere attentandæ pudicitiæ,Aym. in relato loco probauit, idem si propter nimiã seuitiam,uel aliam iustam causam non posit morari, & de quibus causis late scripsit Iac.Menoc.de arb.iud.casu.170.cui adde dictũ responsum Aymonis

nis nostri,& Roland. à Valle in consi.22.nu.11.& seq.& in dicto responso auctor noster non semel citatur, & est in 1.uolu & quoniã is,cui dicto modo alimenta relicta sunt causas quare non possit cum hæredibus stare probare tenetur secundum Anca. relatũ à Ias.& ab eo probatũ in l.diuortio,nu.21.ff.solu.mat.& causas probare est difficile, admonentur tales, ne temere è domo recedant, quibus adde Io.dilec.in tract.de ar.test.in tit.de lega.cau.56.multumque in huiusmodi causis iudicis arbitrium poterit, & per Menoch.ubi supra & consi.52. de quo supra.

6 Secunda facti species † quando testator simpliciter alimenta legauit nõ adiectis uerbis in domo aut alijs idem significantibus, in qua Alex.consi.178.circa fin.uer.Quinimo &c.in 6.opinatus est in domo hæredum alimenta,& non extra hoc etiam casu esse præstanda,& hæredem in domo præstare uolens liberari ex uerisimili mente testatoris,pro qua sententia regula facit,de qua in Lunum ex familia,in §.si rem.ff. de leg.3. sed Alex. sententia explosa est,ut auctor inquit & recte, & in eundem errorem lapsus uidetur Menoch. dicto casu 170.nu.9.dum simpliciter inquit,grauatum præstare alimenta, in domo propria præstare debere,& consi.61.col. 2.cum (vt ait) id fiat cum minori dispendio,& similiter Frã. Bur. consi.82.nu.28.inquit,legata alimenta in domo hæredis esse præstanda ex communi Doctorum doctrina,citat Iac.Menoc.sed auctoritates ab eo relatæ loquuntur in præcedẽti facti specie,& pro hac sententia contra Alex.& tex.in l.libertis,in §.fina.ff. de alim.& cib.leg. non intellectus ab Accursio,est igitur sciendum,quòd uerbum agere,etiam absolute prolatum pro uiuere accipitur apud Tacitum,unde illa uerba,si sine patroni liberis liberti agant, idest uiuant, iũctis ergo præcedentibus uerbis illis quæ proponebantur cibaria & uestiaria nulla conditione addita præstari, clarè probãt hanc sententiam;quæ recepta est, ut per Ias.in d.l.diuortio, nume. 24.ff.solu.matri. & harum rerum illa ratio redditur, quia hoc casu legatum fauore legatarij factum censetur, at in priori facti specie fauore hæredum propter domum additam, uel alia uerba de quibus supra.

7 Tertia † & ultima facti species est, ubi ex dispositione legis, uel statuti alimenta debentur, & hoc casu seorsum alimenta peti posse & sic extra domum,inquit Ias.in d.l.diuortio,num.25.subdens in-

distinctè Doctores sentire,& ita communiter seruari, & text.in l. libertis,in §.Lucius,de quo supra loquentem in dispositione testatoris & in legis dispositione locum habere, citatur etiam text. in l. cum hi,in §.fin.ff.de transact. ubi Ang.notauit. Hoc tamen locum
8 non habet† ubi is cui alimenta debentur ut supra, habet aliunde, unde se alat, unde uxori intra annum mortuo uiro, si dos sit in pecunia, alimenta non debentur, si habet aliunde, l. si quis à liberis §. sed et si filius, ff. de libe. agno. & probant doctores in d l. diuortio, & latè Rolan. à Valle consi. 15. num. 4. in secundo. vbi explicat, quan-
9 do dicatur habere aliunde, ut sufficiat,† quod ego religioni iudicātis remittendum puto, personarum, locorum circunstātiis, & aliis rectè pensatis, statutum autem Anconitanum nunquam ad unguem seruari uidi, & eget correctione in aliquibus.

Nume. 3.

Quomodo autem probetur adulteriū & stuprū, uide Alex. consil. 77. num. 2. uol. 7. & supra consi. 33, & Caro. Ruy. consi. 59. uolumen. 5. Franc. Bur. consi. 69. Mar. Ant. Blan. in repe. l. fi. num. 69. ff. de quæstio.

Nume. 35.

10 Adde uaria & diuersa exempla† amoris feruore sequuta, & relata à Nico. Boc deci. 43. nume. 75. & seq. & ad pœnarum temperamenta ex nimio amore admissorum delictorum, And. Tiraq. in tractā. de pœ. temp. cau. 4. ubi inter alia retulit Old. consi. 210. Cassa. in glo. mun. par. 12. consi. 53. Iac. Men. de arbi. iud. lib. 2. casu 328. Iul. Clar. in pract. q. 60.

Num. 43.

11 Quòd clericus † non dicatur persona potentior, & cessio eidem facta non dicatur in potentiorem, est receptum & communis sententia, ut testatur Gome. in regulis can. in reg. de subrogan. quæstio. 1. litera, capitu. subdens stilum Cancellariæ esse in contrarium, qui posset admitti in clericis ex magna domo, ueluti Colonensium, & Vrsinorum; uel ratione fori pro quo ultimo dicto succurrit text. in l. prima, cum duabus sequen. ff. de alie. iud. mut. cau. fac. quæ lex; 3. addit robur dubitationi ab Auctore proposit ę; sed & addes Pet. Duen. in reg. 88. qui post Gomes. de communi affirmat, & etiam adde, quòd materiam titulorum ne lic. poté. &
de

de ali. iu.mu. cau.fac.ampliat & limitat Ruy. in consi.64.nu.6.in 4. quem locum considera.

AD RESP. CCVI.

HOc responsum plenum quidem est, solum enim addo ad materiam decimarum, quæ latè, & nouissimè scripsit Did. Coua.uar.resolu.lib.1.c.17.& uide supra consi. 21.

AD RESP. CCVII.

VIDE paulo superius consil. 205. & quæ ibi addidi, & decis. Pedemon. 10.& sequen.

AD RESPON. CCVIII.

1 NOTA quòd dicta conditio expirat, etiam si statim filii moriantur, quod latè probat And. Tiraquel.in l.si unquam, in uerbo liberos susceperit nume. 190.C.de reuo.dona. & adde plenum, & elegans respon. Ias. 165.col. 5.& seq.uol. 3. & omnino uide quid senserit Aym. noster infra consil. 283.

Num.4.

2 Quod hic dicitur, legata, & fideicomissa odiosa, & stricte interpretanda, probari uidetur in l.coheredi, in §. cum filiæ, ff.de vulg. quia fideicommissum est onus, & in l.nummis, ff.de le. 3. in l.apud Iulianum, in §.Seio, ff.de le. 1. cũ alijs relatis à Dec.in l.in obscuris, ff.de reg.iur.& hæc sententia recepta uidebatur ex ijs, quæ scripsit auctor consi. 180.in fi.ubi refert deci.Rom.863.& non improbat Roland. in consil. 56. in fine. lib.3. Contra quam non inargute contendit Hyer.Cagn.in reg.in testamentis, ff.de reg.iur. & Fran. Marz. nouissime in libello, cuius tit.est, epit.in fideicom.substit.in prima q.vbi contra relatam sententiam citat tex.in stit.de fideicom. hæred.in ver.tantusque eorum fauor, & tex.in l.cogi, in uer.in ambiguo tamen, ff.ad S.C Trebel.& plures contra sentientes: & nota circa id.quod author subiecit, quod ubi legatum seu fideicommissum aliàs non ualeret, tunc latam interpretationem fieri ne actus pereat, hoc enim uidetur peruerti ex eo, quod idem Aym.alios re-

ferendo scripsit consi.32.num.3.& consi.49.nu.15.& consi.167. nu.14.& consi.187.nu.13. in quibus locis inquit, regulam, quòd testator censeatur hæredem grauare minus, quàm sit posibile, in tantum esse ueram, ut potius toleretur legatum inutile, quàm iudicetur hæredem grauatum censeri, & auctorem ac Pau. Parisi.referendo probat Iac. Menoch.consi.56.nu.19.& seq.placet autem mihi sententia Aym.hic, quam comproba ex ijs, quæ dixit Dec. in
3 consi.228.num.4.† semper enim interpretatio fieri debet in re dubia, ut actus ualeat, l.quoties, ff.de reb.dubi. & refert Castr. & subijcit Dec.hanc præsumptionem relatam superare omnem aliam, & de ui huius præsumptionis scripsit Alci. in tract. de præsu. reg. 3.præsum.34.auctor, supra consi.53.Vant.in tract.de nullit.par.1. nu.24. & nouissime scripsit Iac. Menoch. de arbitr. iud. casu.472. præsertim num.9.& adde tex.aureum in l.fundus qui locatus, ff.de fund.instr.& quæ notaui infra ad respon.218. Recedendum est ergo à supradicta præsumptione, ne hæres censeatur grauatus, quando actus non ualeret, potentissima namque est præsumptio, l.e. quoties, ut res de qua agitur potius ualeat, quàm pereat, de qua Marsi.sing.84. Princeps &c. Alciat.in tract. de præsum.reg.1.uer. trigesi.nu.5. ubi inquit hanc præsumptionem præualere alijs præsumptionibus, & hanc reg. exornat Cate. Cot. in memo.in uersic. actus, & plene ac pulcre auctor in consi.52.quitatio &c.& plenius infra consi.227.num.7.& seq. Pro qua sententia est tex.in di.l.cogi, in illis uerbis, in ambiguo magis sensum &c. dico ne intercidat, est ergo dicendum ut per auctorem hic, cum quæritur, an fideicõmissum sit odiosum, seu legatũ, aut legatum seu fideicom.non ualeret, & latam fieri interpretationem ut ualeat, aut proponitur fideicommissum ualidum, & districte procedatur, ut in ll.primo loco relatis, & hoc modo, & aliter distinguendo retulit Fran. Marz. in relato loco, ipsum, si libet, legito, & hæc sententia diuersas sentẽtias conciliat: & adde etiam prædictis auctorem, infra resp.297. qui probat ratione coniunctionis & sanguinis legatum late interpretandum, quem refert ac probat Rolan. consi.16.nu.37.& seq. uol.3. & pro dicta sententia succurrit tex. aureus in le. fundus, qui locatus, ff.de fun.instr.& uide quæ dicam, infra in consi.218.

AD

AD RESP. CCIX.

SENTENTIAE auctoris nostri obstare uidebatur tex. de quo mentionē non fieri miratus sum, in c. unico, quæ sin. regal. in illis uerbis, nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur, quo ta-
1 men non obstante credo † eius sententiā ueram, quam probat Bos. in suo comp. caus. crimi. in tit. de Rega. num. 24. vbi relatum respon sum Romani refert, & addit Affl. idem sentientem, sed tu uide quę late, & elegant. scripsit Ias. in consi. 45. aggredior, in primo, qui respondit ad dictum tex. & est notandum dictum responsum, cum non referatur, addo etiam Affl dec. 321. in regia, & recētiores addit. apud eam, & præter relata loca circa regalia, & iuris interpretes in ipso ti. regalia enumerantur à Cassan. in sua glo. mun. par. 5. consi. 24. & circa uerbum illud in tex. Argentariæ, uide Affli. ubi supra de iure prisca. Dec. cons. 197. Ruy. cons. 28. & seq. vol. 1. Did. Cou. plene in regula peccatum, par. 2. §. 8. per totum, de sale, & salinis Soc. Iun. consi. 76. in secundo dubio, li. 3. de instantijs, quas vocant, peremptis, & spiritu dando Rolan. consi. 4. lib. 3. & consil. 45. eo. uol. & quomodo, & quando acquirantur ex tempore, Aym. in tract. de anti. temp. par. 4. nu. 13. & seq. uer. absolutis.

AD RESPON. CCX.

QVONIAM hic dicitur de filio cæso matris utero extracto
1 qui sex aut quinque mensium erat † sciendum est, quòd lex septimo, ff. de sta. hom. intelligitur de mensibus lunaribus, & prout late declarat And. Tiraq. in l. si unquam, in uer. susceperit liberos, C. de reuo. donat. num. 205. & seq numeris, & nouissime Iac. Menoch. de arbi. iud. lib. 2. casu 50. & casu 89. num. 34. Quibus addo Phanu. in tract. de lucro dot. in uer. superstitibus liberis, & scio nouissime quæstionem hanc ualde agitatam, fuisse in ciuitate Macerate circa menses quomodo intelligantur, & de sexto mense nato & sunt scripta Giardini quæ circumferuntur & sat sit priora, loca retulisse uberrima quidem, illudq; uerū & receptum est explosa Baldi & sectatorum eius sententia, intempestiuum, & immaturum partum & non uitalem haberi pro abortu, seu aborsiuo, & nō nato, ita ut conditionem deficere non faciat, quod Tiraq. in relato

loco

loco pluribus probat, & Phan. itidem, qui hunc locum retulit. Num. 8. & seq.

Ego quidem si iudex in causa de qua hic fuissem, ad fauorem substitutæ pro iure sibi competenti, non dubitassem sententiam
2 dicere † lex enim habebat, ff. de institu. de qua hic, illam recipit declarationem, in causa scilicet ubi sola ueritate inspecta procedendum est, & ubi de causa in libello nō deducta ex actis constitisset, uide ergo quæ scripsi in tract. de Merca. in ultima par. in tit. de libellis, Menoch. de arb. iud. q. 31. Rot Bono. conclu. 44. Idq; maxime est admittendū, si (vt est de more) in libello fuisset adiecta clausula; ius & iustitiam administrari non solum modo prædicto, sed omni alio meliori modo ex iis, quæ præceptor meus Goz. scripsit consi. 28. num. 20.

AD RESPON. CCXI.

1 HOc responsum uerum est, in tantum, quòd † denunciatio litis motæ fieri debet iuxta scripta à Bar. & aliis, in l. non solum, in §. morte, ff. de no. op. nun. & hoc amplius in ipsa denunciatione libellus est inserendus cum requisitione & interpellatione, ut ad defendendum ueniat iuxta formam promissionis, & ita seruari inquit Hiero. Cag. in l. uenditor, ff. de iudic. & hæc sententia est recepta, ut plures referendo recentiores probant in tracta. de euict. §. 3. num. 33. & seq. numeris, & hoc iure Anconæ utimur.

AD RESPON. CCXII.

1 VERA & recepta est † sententia emphyteutam, propter non solutam pensionem, aut alienationem factam irrequisito domino, tunc emphyteusi cadere, si dominus uoluerit, declaratio ergo domini necessaria est, & est expressum in l. 2. C. de iu. emphi. in illis uerbis, uolenti &c. & sequentibus, sed omnimodo cum dominus, si uoluerit, repellendo. & probat And. Tiraq. in l. si unquam in uer. reuertatur, num. 10. C. de reuo. don. & Iul. Clar. sen. recep. in §. emphyteusis. q. 9. Qua domini uoluntate patefacta ipso iure cadit emphyteuta, nec alia iudicis sententia seu declaratio requiri-
2 tur, quod esse receptum idem probat, † An autem facta declaratione

tione caducitatis per dominum possit idem dominus propria auctoritate possessionem rei emphyteuticæ appræhendere, uidetur magis recepta sententia, quòd ei liceat, ut per Alex. in consil. 117. num. 11. lib. 4. Tutius tamen & melius est, ut iudicis auctoritate ingrediatur, vt referendo Doctores uarios idem Clarus in 11. quæst. inquit.

AD RESPON. CCXIII.

ADDE quæ late scripsi in tract. de decoct. in 1. par. ult. part. prin. & quæ nouissime scripsere recentiores Arim. in trac. de cess. bon. in 18. q. prin.

AD RESPON. CCXIIII.

1 REGVLA est † ubi in donatione fit mentio de morte, in re dubia censeri donationem causa mortis, l. Seia in §. fin. ff. de dona. cau. mor. & hanc regulam nonnullos referendo probat Petr. Duç. regula 218. donatio causa mortis. Quam octo modis Alex. temperat in l. quæ dotis, num. 5. & compluribus, seq. ff. solu. mat. & recentiores ibidem referunt, addidit & aliam limitationem Andr. Tiraq in l. si unquam, in uer. donatione largitus nu. 53. C. de reuo. dona. ubi merita donatarij præcesserunt, tunc præsumatur donatio inter uiuos, ut ita sit efficacior, citat Bal. in l. si mortis, an medium, C. ad l. fal. sed est animaduertendum, quòd Bald. ibidem sub num. 3. loquitur, quando uerba donationis concepta sunt in hæc uerba, dono tibi post mortem meam & subdit, dic, quòd in dubio præsumitur causa mortis nisi ex indiciis, uel meritis præcedentibus aliter præsumatur, subiecit Bald. alia in seq. numero. Verùm consideranti mihi uerba illa, post mortem, magni ponderis esse uidebantur, & non facile à relata regula esse recedendum, nam & merita præcedentia ad donandum causa mortis præsumendum est, etiam donatem induxisse, & est tex. in l. nec adiecit, ff. pro Soc. planè si alia essent legitima indicia, aut uersaremur in casu, de quo agitur, Baldi sententia admittenda esset, & illud adiudicandum, an in re dubia donatio inter uiuos seu magis causa mortis censeatur, ante oculos habere debemus, quod scripsit Bald. in addit, ad Spec.

in

in tit. de inst. edit. in ulti. col. uer. si quis donauerit, referre inquiens an fiat mentio mortis in uerbis respicientibus substantiam donationis, & ipsam meram dispositionem, uerbi gratia in origine contractus, & tunc pura dicatur donatio causa mortis, si uero mortis mentio fiat in respicientibus exequutionem, tunc donatio inter uiuos dicatur, tempus enim exequutionis demostrãdi gratia adiectum censetur, probat Alex. in dicta l. quae dotis, num. 12. & cons. 14. nu. 3. lib. 1. Ias. in cons. 6. col. 4. uol. 3. Et illud addendum est ubi in ipsis uerbis principalibus, in quibus substantia contractus donationis consistit, exprimitur, quòd non possit reuocari, tam & si mortis sit facta mentio dicetur donatio inter uiuos, ut hic & probatur, in l. ubi ita donatur, ff. de dona. cau. mor. & sic intelligendus est Ias. ne erretur, qui nimis generaliter forte locutus est in consil. 6. col. 3. ver. moueor, li. 3. & solet donatio concipi hoc modo, quando est inter uiuos, facta in reuocabilis ut hic, Titius Maeuio donauit inter uiuos, irreuocabilis, ita tamen ut donatio post mortem effectum sortiatur, seu reseruato sibi usufructu, dum uixerit, un-
2 de quaesitum fuit an hoc, casu locum habeat statutum † Anconitanum sub rubr. de eo qui remansit in possessione rei uenditae, col. ciui. & l. si autem superuacuum, ff. quibus modis pign. uel Hippo. soluitur, & cum sit donatio concepta dictis modis uidetur locum non esse statuto, quod sensisse uidetur Aret. consi. 11. num. 2. procedendum &c. post Bal. in aut. decursum, C. de dona. ante nupt. & ad interpretationem dicti statuti, & praedicta uide Ias. in consi. 36. in praedicto uol. 1. Soc. Iun. consi. 130. num. 6. in tertio, haec enim donatio effectum post mortem sortitur, vnde apprehensio possessionis uiuente donatario non recte fieri potest. & ut unde diuerteram redeam, placet mihi relata distinctio Decij, in l. non omnis, num. 10. & seq. ff. si cer. pet. quam probat alios referendo Petr. Duen. in regula 217. donatio causa mortis, & illud clarius placet annotare, quòd clausula quae de more solet in executione contractus adiici, & praedicta omnia promisit attendere, & obseruare addito iuramento, donationem causa mortis non immutare, uerius esse, quicquid nonnulli dixerint, quibus addo Ias. in consi. 5. col. fi. ver. quarto, in 3. Quod relati Dec. & Pet. Duen. probãt rationibus & auctoritatibus. Quibus addo uidendum con. Rolandi, sub nume. 8. in primo, denique placet admonuisse, tunc demum ad conie-

ēturas esse confugiendum discernendi gratia donationem causa mortis à donatione inter uiuos, cum in ambiguis uersamur, & uide quid scripserit Hiero. Gab. consi. 141. donauit &c. & de coniecturis, uide infra cons. 277. col. fi. & denique adde in materia, quæ scripsit, Hypp. Rimi. in prin. de donat. in institut. num. 316. & multis sequen.

Nume. 2.

Vide quæ addidi, supra ad responsum. 20.

AD RESPON. CCXV.

Nume. 2.

DE uerbo alienare, uide recentiores, Ar. Pin. scilicet in l. 1. §. ter. num. 18. & sequen. C. de bon. mat. Alcia. consi. 47. lib. 2. & hoc respõsum probandum puto ex necessaria causa cum sit alienatio laudemium non deberi, sit enim alienatio lege permittente.

AD RESPON. CCXVI.

1 HOC responsum notandum est, & quid sit † prothocollum, quidue imbreuiatura declarat Bald. in rub. C. de fide instr. Lanfr. in c. Quoniam contra, in uer. instrumentorum &c. num. 27. extra de prob. quibus adde Dida. Coua. pract. quæst. 19. & q. 21. & plene Iac. Menoch. de arb. iud. casu 187. cui addo Gram decis. 106. nume. 4. & seq. ubi inquit tam & si stricte sumpto uocabulo
2 † prothocollorum dicatur liber, ubi seriatim notarius scribit & ordine instrumenta, large tamen intelligenda, & impropriè rogatio, nota & imbreuiatura ac prothocollorum, idem sunt, & nos Anconæ scripturam illam in qua à primordio sub breuitate instrumenta notantur uacchetam appellamus, Doctores notam & imbreuia
3 turam appellant, & † aduersaria latinè loquendo dici possent, de quo dixi in tract. de Merca. par. 2. num. 51. & prothocollum codicem appellari posse puto, in quo quę in imbreuiatura seu aduersarijs scripta sunt plenius & ex ordine referuntur, & quando ex ijs
4 † instrumenta in publicam formam redigi posint, uide hic, & in relatis locis, ubi de schedula seu scriptura notarij reperta in filo, & extra prothocollum, & imbreuiaturam & etiam in ipsa imbre-

tiatura, non tamen alligata, adde aliud responsum Pau. Pati. non relatum à Menoch. 12. nu. 25. & sequen. uol. 1. & multa dixit, consi. 16. uol. 3. & quibus modis prothocollum impugnetur, uide Rolan. consi. 44. num. 16. & seq. in primo, & quando habet additiones Car. Ruy. in consi. 68. in quarto lib. & quando non reperitur, Cassa. in consi. 63. num. 30. & seq. numeris & in locis superius relatis quando producitur instrumentum, & non reperitur in prothocollo, & adde Alb. in l. contractus, nu. 3. C. de fid. inst. Auctorem in tract. de antiq. temp. par. 2. uer. 8. in fi. & omnino Bal. consi. 401. uol. 3. & uide supra consi. 112. num. 7.

Nume. 13.

Adde singularem tex. in l. si quis ex argentarijs, §. 1. ff. de eden. & quæ auctor hic scribit, declara, ut supra consi. 7. & declarationem alios referendo probat And. Tiraq. in tract. de pęnis tempe. causa 51. nu. 119. ubi multa.

Nume. 18.

De comparatione uide quæ scripsi in tract. de Merca. par. ult. in titu. de probat. nu. 9. & quæ nouissime scripsit Iac. Menoc. de arb. iud. casu. 14. lib. 2. qui plene tractat.

Num. 19. & in prin.

Oblitus forsan est auctor gl. sing. in au. ut sine proh mat. & aui.
5 §. 1. in fi. glo. magnæ, quę negat ualere pactum † restringens probationem ad unam speciem, verbigratia instrumēti publici, & quæ uidetur recepta, ut per Fel. in ca. sicut nu. 29 & ibidem Dec. in fi. de probat. licèt non firmet, & ideo auctor confugit ad iuramentum at in statuto, & consuetudine admittunt Doctores, ut ualeant ut per eundem Dec. in relato loco num. 10. ad quem, & Fel. semper in hac materia confugito. Quibus addo And. Tiraq. de pęnis tempe. cau. 51. nu. 117. & seq. addo & Dec. consi. 11. Mar. sing. 29. & consil. 92. nu. 12. & in rub. C. de probat. addo & Aym. in tract. de anti. temp. par. 1. uer. quarto limitatur, nu. 83. usque in fi. Deniq; ijs adde, quod Decius ait post Felin. ubi supra. s. in c. sicut, de prob. sub
6 nu. 21. † uetante statuto fieri probationē nisi per instrumentū posse fieri per quinque testes l. testium, C. de test. & Ioac. in sing. obseruationibus obser. quinta in 1. centuria inquit Dominos Assessores Imperialis cameræ talem probationem quinque testium loco instrumenti admisisse, non tamen prædictos retulit.

Nu-

Nu. 20.

7 Marſ. in ſing. 283. lapſus termini &c. inquit, licet † lapſus termini præludat uiam cõtumaci, l. mancipiorum, ubi Bar. ff. de opt. leg. l. ſi eo tempore, C. de remiſ. pig. & plene per recentiores in l. c. diffamari, C. de ing. & manu. in tantum, ut probatione in termino ſta-
8 tutario non facta ulterius non admittatur. † Id tamen uerum intelligitur, ſi iudex interlocutus fuerit terminum eſſe lapſum, ante interlocutoriam contumax probare poterit, lapſu termini nõ obſtante, nec ſimplicem accuſationem contumaciæ ſufficere, & ſubiũxit, probationem poſſe fieri poſt terminum conuentionalem, citat glo. ſing. & uni. (ut ait) in auct. ut ſine prohibitione &c. In §. quia uero, citat & Bal. in conſi. 216. punctus ſuper quo, in 4. quod non reperi, ſed auctor bene citat Bal. conſi. 61. in ſecundo, ubi doctè loquitur, & nota diſtinctionem auctoris ſub nu. 22. & ſeq. nu. ſed tu conſidera, quòd gl. in auct. ut ſine prohi. uer. recepta, ut dixi paulo ſuperius referendo Fel. & Dec. in c. ſicut, de proba.

AD RESP. CCXVII.

Nu. 4. & ſeq.

ADDE omnino Dida. Couar. in c. 7. lib. 3. Vari. reſ. & quæ addidi ſupra ad reſpon. 57.

Nume. 5.

Adde quæ late ſcripſit Iaſ. in conſi. 83. in 3. ubi quando res peruenit ad eccleſiam, & Ruy. conſi. 3. in 5. Cur. Iun. conſi. 68. & plures caſus conſiderat Bal. conſ. 40. præſupponitur &c. & audiui hãc quæſtionem plene diſputatam fuiſſe ab Alb. nũc Car. Ampliſ. quæ diſputatio apud me non eſt, & uide quæ addidi ſupra ad reſponſum. 57.

Num. 8.

Vide Nic. Fel. in tract. de æſtimo, nu. 39. & nu. 66. uſque in fi. & & quæ dixi in tract. de adiect. par. 4. nu. 4. & ſeq.

AD RESP. CCXVIII.

Nu. 3.

1 CITAT hic † l. fundus, qui locatus, ff. de fun. inſtr. ubi legitur, in legato fundi cum inſtrumentis, ſi domini, & coloni ad ſint

instrumenta, Domini tantum instrumenta debentur, at si domini non adsint instrumenta, debentur instrumenta coloni, ne uerba in cassum adiecta uideantur, & hunc tex. aureum dixit Fel. in ca. 1. col. 5. & seq. de rescri. & in c. sedes, col. pen & c. postulasti, col. 7. in prima limitatione, eo. titu. Hyero. Cag. qui Alex. & alios refert in rub. siquis ius dicen. num. 23. & refert Castren. dicentē ex illo tex. ubi uerba simpliciter intelligi non possunt secundum quod (ut aiunt) intelligenda esse, quod nota ad declarationem regulæ quæ sumitur ex l. hoc legatum, ff. de leg. 3. de qua Goz. in consil. 60. nu. 10. qui dictam regulam ampliat, & uide quæ notaui, supra apud respon. 108.

Nu. 4. & 5.

Vide quę retuli in tract. de nautis, in quinta par. ver. vulgaris est, & nouissime Iac. Menoc. de arb. iud. lib. 2. casu 208.

AD RESP. CCXIX.

AD declarationem adde Alcia. & notata apud eum in tract. de præsump. in 2. par. regula 1. uer. decimosept. & nota, quòd in pandectis initium legis dedit dotem, ff. de colla. bon. est in hæc uerba, dotem quàm dedit auus, & legitur in codicibus qui circum feruntur, ut quòd pater meus propter me filię meo nomine dedit, in pandectis autem non est illud uerbū meo, sed legitur filiæ meæ nomine dedit non tamen male Alciatus cōsiderauit illa uerba propter me.

Num. 3. in 2. dubio.

Adde in materia Soc. Iun. in consi. 25. in 1. Cur. senio. consi. 5. Astulphus pater, Iac. Phil. si is est, conclu. 5. lib. 3. qui & ueteres, & recentiores retulit, Rolan. consi. 35. in primo, Franc. Bur. consi. 92. in ultimo dubio.

Num. 6.

Vide quæ late addendo scripsi, supra consi. 17.

Nu. 8.

Vide quæ addidi supra ad resp. 199. & quæ nouissime scripsit Iac. Menoc. de arb. iud. casu. 434.

AD RESP. CCXX.

Adde loca notata, supra ad respon. 14.

Nu-

Nu. 9. & seq.

Vide, si libet, quæ dixi in tract. de deco. in 2.part.ultimæ par.

Nu. 12.

De conuersatione mala adde Gram.in consi.17.nu.14.& quæ congessit plene (vt solet) And.Tiraq.de leg. Connu.in glo. 1.leg. 16.nume.15. & seq.nume. & de eximente hominem de manu curiæ, & opem præstante, & circa l.1. C de his qui latro.uide Hyero.Cag.in l.1.§.1.num.26.& seq.ff.si quis ius dicen.

Nume. 14.

1 Nota † ad gloss. declarationem in §.in summa,inst.de iniur.habentur infra consi.224.Are.in §.sanctę,in fi.inst.de rerũ diui.Grã. consi.39.Neuiz. in sua Syl.nupt.lib.4.nume.43.& seq.Iul.Clar.in præ.§.fi.q.83.uer.sed quæro,& consideratis circunstantijs,de quibus per auctorem hic sententia relatæ glo.admittenda uidetur, & vide Iac.Menoc.de arb.iud.quæstio.87.qui refert dictum responsum 224.

AD RESP. CCXXI.

Vide quæ latissime omnium ad rem congessit And.Tiraq.in præfa.l.si unquam, in fin.C.de reuo.dona.& propius ad rẽ eandem in tract.cessante causa,num.241.& plenius 174.in uer.liberationis causa cessante. Et quando generalibus,& uniuersalibus uerbis facta est quietatio,& ad eam defendendum,præter relata loca uide auctorem nostrum infra consi.294.& quæ scripsi in tract. de assecu.glo.10.super uerbo,correndo risico &c.

Nu. 12.

Quòd legatum reguletur à causa, & de differentia causæ, & rationis, And.Tiraq.in tract.cessante causa,in uer.legati, nu.221.

AD RESP. CCXXII.

Elegans est,& succi plenum hoc responsum.222, cui adde Dida.Coua.uar.reso. lib.3.c.12. qui Alex. & aliorum contra Castren. sententiam tanquam ueriorem probat, & consequenter

1 Aymonis nostri, quem tamen non citauit † ut donatio omnium bonorum præsentium & futurorum reseruato simpliciter usufru-

ctu ualeat, etiam si reseruetur usufructus ad uitam, contra Cur. Iuni. & Castren. sententiam admittit in tribus casibus à quibus auctor non discrepat, non omitto tamen, quòd Rolan. à Valle cons. 39. in 1. sententiam Castr. probat, adde de huiusmodi donatione omnium bonorum Pet. Duen. in regu. 219.

Donatio omnium bonorum, & in casu Io. Cepha. consil. 288. num. 21. in secundo, qui auct. refert nil tamen firmans, uide tamen in materia.

Num. 7. ante. & seq.

Vide omnino Arrium Pin. in l. 1. C. de bon. mat. in 3. par. num. 37. & multis sequen. vbi & Auctorem hic, & supra respon. l. 52. sub quinto, nu. retulit.

Num. 10

2 Quòd donatio† reseruato usufructo, de quo possit donator disponere in uita & in morte, sustineatur, & uera sit Aym. nostri sententia contra Dec. probat Dida. Cou. in c. 12. lib. 3. uar. resolu. hoc loco prætermisso refertque Alciat. iustissimè sententiam Decii reprobasse in l. ult. C. de pac. ad fi. ipsum legito. Qui etiam Ripæ sententiam post Alcia. damnat. Qui ait non ualere donationem reseruatis centum aureis, ut pro anima disponeret, cum de iis pro anima testari omnino non cogatur, subdubitauit etiam de sententia Bar. hic relata, quando donator reseruauit sibi usufructum, de quo possit in uita disponere, & admonet uerba donationis diligenter spectanda, sed (ni fallor) uerba illa, de quo possit in uita disponere, uidentur relata ad actum inter uiuos, nec mutat, quòd de eo testari possit, sat enim est, quòd libera ex relatis uerbis testandi facultas sublata uideatur, quod leges prohibent, & reperi Cepha. idem probantem in consil. 44. num. 15. in prin. & licèt uerbum dispono, & ad actum testandi referri possit, §. disponat, in Auct. de nupt. adiunctum tamen nomen illud, in uita, inclinat me in relatam sententiam.

AD RESPON. CCXXIII.

Hoc responsum additione non eget, quicquid enim demonstratæ rei adiicitur, frustra est. l. 1. in fi. ff. de dot. prælег.

AD RESP. CCXXIIII.

ADDE quæ notaui supra ad quartum respon. & circa con-
1 gregationem, & illud notandum addo † congregantem plures percutiendi gratia Titium baculo, si ipsum occiderit, congregatos dici non posse teneri tanquam homicidio auxilium præstiterint, Ang. in l. multa, C. ad l. Iul. de ui pub. Rimi. consi. 14. nu. 22. & idem iuris est, si congregatio fiat ad uim inferendam in rebus, & unus interficiatur ut occidens de homicidio, alij autem non teneantur, qui ad id congregati non erant, idem Rimi. consil. 23. num. 13.

Nume. 6.

Adde Hiero. Gig. in tract. de crim. læsæ maiest. q. 34. & in rubr. quotuplex sit Maiestas, uer. loco autem, & Rolan. à Valle, consil. 74. num. 3. & sequen. in ter. qui auctorem refert, & contra sententes, citat & declarat.

Num. 7. usque in fi.

2 In materia † seditionis habes tract. Nico. Boe. de sedit. & adde in materiá Ias. consi. 67. uol. 4. Gram. noto. 19. Dec. consi. 256. Ludo. in tract. de repro. sent. Pila. art. 2. & est in To. 3. tract. Rol. consil. 11. num. 62. & seq. uol. 3. Tiraq in tract. res inter alios act. pag. 5. Iul. Clar. in pract. q 68. in uersi. seditionis.

AD RESPON. CCXXV.

ADDE in hoc primo dubio Rol. à Valle in tract. de confect. inuen. par. 3. ver. sed quid dicendum, qui hunc locum refert, & consi. 71. num. 14. in 3.

In secundo dubio.

Circunfertur tract. Io. Maurit. de rest. in integ. & uide in c. 60. & seq. & expectamus pleniorem egregij. I. C. Sfor. de Oddis, in tertio dubio circa fi. cui incumbat onus probandi an hæredi an uero fideicommissario, adde Franc. Marza. in mat. fidei. q. 46. uer. cui uero, qui Auctorem refert, & qui refert Pau. Castren. contra sententem, & Natam consi. 238. distinguentem.

AD

AD RESPON. CCXXVI.

1 CREDO uerius si † dominus fundi seruientis ædificauerit, sciente, & patiente eo cui seruitus debetur, præiudicet ei, ut in citata l. Labeo, hic relata, cuius rei illa ratio reddi potest, quia præter scientiam, & taciturnitatem actus positiuus interuenit, exemplo eius quod dicitur, de recipiente, & legente literas & tacente, ut sibi præiudicet l. si filiusfamilias, ff. ad S.C. Maced. de quo
2 late scripsi declarando in tract. de assecu. glo. 11. num. 47. sed † & illud quæri potest, quanto tempore sciens, & patiens sibi præiudicet, & quod Bal. dicebat decennij tempore, nec Auctori, nec mihi placet, nec etiam illico, quòd uiderit, sciuerit, & tolerauerit, seu passus fuerit ædificari, sibi præiudicasse dicendum est, argu. tex. in l. ait prætor, in §. fin. ff. ex quibus caut. maio. in illis uerbis, finge enim dum aduocationes postulat diem excessisse, vel dum alia mo
3 ra iudici contingit, non male † ergo dici posset, cum leges hic relatæ simpliciter loquantur, nec tempus statuant, id totum religioni iudicis committatur, qui ex circumstantiis, & præcipue locorum, & personarum totum, hoc dirimet, & recte lege nostra municipali huic rei consultum est, qua tempus duorum mensium statuitur, ut patet ex statuto sub rub. de mur. communi, col. ciui. & de ui taciturnitatis, patientię, tolerātiæq. Marf. sing. 77. patientia &c. & sing. 64. & 344. Dec. consi. 328. Lanfr. in c. quoniam, contra, nume. 76. & apud eum notatur, Aym. in tracta. de ant. temp. part. 1. uer. quæritur, num. 23. & sequen. Dec. consi. 66. de duobus, & declarat, Mar. sing. 330. Matt. Affl. deci. 13. & 307. plene And. Tiraq. de leg. connub. glo. 7. num. 20. & uide pulchrum tex. in l. si seruus communis, ff. de dona. inter uir. & uxo. & alium notabilem tex. nec passim ad prædicta citari solitum, in l. si uero non remunerandi, in §. idem Papinianus, ff. mand. qui exornat, & declarat Curt. Iun. in consi. 34. & consi. 54. & uide Menoch. de arbi. iud. q. 88. nu. 53. & casu 134. & uide quæ scripsi infra, consi. 228.

AD RESP. CCXXVII.

DVBITATIO oriri poterat in proposito facto ex illis uerbis post factam enumerationē specierum ponendo cessionariū

in

in locum suum, uidelicet quò ad dictam tertiam partem dicto-
1 rum bonorum, & uiuitur eidem Felicinæ legatorum † consideran
dictione uidelicet, quæ est declaratiua c. nouimus, de uer. sig. inst.
de act. in §. nos autem, Ru y. con. 37. vol. 5. in fi & declarat Dec. cō-
2 si. 47. dicitur † etiã dictio taxatiua, & restrictiua, ut inquit Pau. Pa
ris. in con. 57. nu. 38. in 3. & con. 43. eo. vol. & usufructus in mobi-
libus non cadit, l. 1. & seq. ff. de usuf. & ad leges hic relatas, uidelicet
legata suppellectili, ff. de sup. leg. & l. quæsitum, in §. fi. ff. de fun. in-
stitu. c. adde uidendum omnino Matt. Afflic. dec. 106. quidam &c.
Postquam hæc notaueram incidi in annotationes D. Cæsaris
Urs. ad dec. Affl. sub nu. 45. qui contra hic scripta retulit Dec. in cō
si. 92. viso puncto quod responsum omissum fuit ab auctore, & in
addit. ad deci. 106. Mat. ab Afflic. inquit, quid uerius sit, dignosci
ex ijs, quæ habentur in relata dec. 106. ubi idem Cęsar uerius esse
probat, quo D. dec. ualidissimis rationibus probauit contra aucto-
rem maxime sub nu. 9. & sat sit admonuisse.

AD RESP. CCXXVIII.

1 IULIUS † Car. In lib. recept. sent. in §. testamentum, q. 93. refert
hoc responsum & probat, & subiecit, intelligo, ut procedat in
testamento in scriptis condito. Sed si esset testamentum nuncupa
tiuum in scriptis redactum, ut est de more; & testator exemplum
testamenti auctenticum penes se habens cancellaret, seu lacera-
ret, arbitratur hoc ad annullandum seu reuocandum testamentum
2 non sufficere, † quæ sententia forsan admittenda non est, si testa-
tor coram septem testibus dixerit nolle prius testamentum ualere,
& auctenticum exemplum testamenti penes eum existens lacera-
3 uerit, & non malè (ut puto) † tento dicere, uel testamentum re-
uocatum, uel agenti ex eo exceptionem obstare, nam hic, & uerba
& actus lacerationis interuenit, faciunt quæ dixi, supra cōsi. 226.
Item pro hac sententia tex. in l. cancellauerat, & l. proxime, ff. de ijs
quæ in testa. delen. Item Bar. hoc sensisse uidetur in le. si iure nu. 3.
num.5.& Borg.Caual.in trac.de usufru.mul.relic.num.66.& seq. Sed admissa communi sententia, quòd alienatione finiatur usufru ctus,de qua re latissimè omniũ disputauit Arrius Pinel.in l.1.par. 3.nu.38.& seq.C.de bonis mat. & qui non inargutè sententiã cõtra communem defendit,licèt nimium sibi summat.His non ab re præfatis uideamus, quid iuris sit in proposito articulo, & contra Auctorem,quòd uiua matre rei uendicatio,cõpetat,succurrit tex. in dicta l.generalit. paulo ante uer. itaque defuncto, supracitato, in illis uerbis,dominium autem rerum,quæ liberis per huius modi legis, uel præteritarum constitutionum auctoritatem seruatũ ad liberos pertinere decernimus, ex præsenti ergo pertinet, nec stat in suspenso.Item hæc santentia clarius probari uidebatur ex tex.in uer.si uero soboles,in auct.de nup.illic enim ita scriptum est,omni largitate à uiro ad eam ueniente eam .s. proprietatis priuat, solum derelinquens usufructum, & paulo inferius,omnis eã deserit proprietatis modus iu his quæ à priori uiro in eam uenerunt, & filij eam percipient,& proprietatis erunt domini secundum tẽpus quo mater coniuncta est alij uiro,quæ uerba, ut puto, rem in suspenso non esse demonstrant, & liberos dominos illico matre secũdis nuptijs funestata,rursus text.in l.fęminæ, in § illud, C.de secun.nup. etiam mouet, ibi,sola tantum possesione delata, & in fi.apentius ibi,pleno proprietatis iure obtineat,atque ex his nãciscendi dominij, & reliqua, nec aduersatur imò facit tex.in §.sed hoc sancimus, in Auct.de nup.in illis uerbis, tale quid neque gestum neque scriptum uendicabunt omnino filii., & sic indistinctè non post mortem matris, & uerbum futuri temporis respicit alienationem à matre factam seu transitum ad secundas nuptias. Verba etiam sequẽtia ab hæredibus & successoribus, non uetant quin filii uendicare
3 possint à tertio uiua matre.& hoc sensisse uidetur Soc.Iun.in cõsi. 97.in 4. post Aug. Bero. præceptorem meum & egregium, I.C. And.Saxũ olim nostrum prætorem existimantes tex. in d.§. illud, in fi.in quo legitur,si nulla ex priori matrimonio sit succesfio, uel natus natæue decesserit,omne quod quoquo modo perceperit pleno proprietatis nomine obtineat, locum non habere, ubi filius ex primo matrimonio de proprietate testatus fuerit, licèt uiua matre decesserit, senserunt ergo clarè in suspenso proprietatem non esse, quæ decisio notanda est tanquam quotidiana, & habet alium relatum

tum sectatore,& si hæc sententia admitteretur posset aliter respon deri ad tex.in §.seu,ver.itaque defuncto,ubi casum dicit Auctor esse pro sua sententia,quàm Bald.respondit,quòd licèt imperator dicat,defuncto eo uendicabunt, non uetat quin uino eo possint uendicari,& forsan ratione frequentioris usus (ut non semel uidimus in legibus) sit expressum. Accedit,quòd argumentum à sensu contrario ad correctionem iurium summi iura uetant,l. conuenticulam,C.de epis.ex doctrina communi Doct.& præcipuè De.in l.1. ff.de offi.eius,num.53.prætereo alios,quod autem esset contra iura ostendi,unde sequitur non reseruari proprietatem filiis,si super uiuant, & corruunt multa Auctoris argumen. §.autem quoniam infirmus,intelligendus sit filiis prioris matrimonii non disponentibus,& maneat res in suspenso filiis non disponentibus, uel disponentibus, quasi ex legis dispositione ad matrē reuersa sit filiis non disponentibus,§ autem, si autem sub conditione disponit in casu diuerso, & non mouet, ex prædictis etiam remouetur argumentum ab absurdo de quo hic quarto loco,quia non retractabitur,cū filij proprietatem ad se spectantem alienauerint, & stat in suspenso,ut dixi, similiter quintum,textum septimum & octauum argumenta nō mouēt. Vides ergo lector candide, quàm dubius sit propositus articulus,& si uera esset sententia Aymo.supra consi.52.superius relata,uel sententia Arrii Pinelli in dicta l.1.C.de bon.mater.auctoris sententia admittenda esset, & illud sequitur,si sententia auctoris admitteretur,& probaretur,responsum Socini relatū redderetur falsum.Ego aūt in contrariam sententiam,& sic contra auctorem inclino existimans sententiam latam ab egregio Doctore Purpurato recte latam contra ipsum Aym.quæ sententia habet sectatores,& auctoritatem sententiæ latæ à magno uiro.In his au tem quæ in ult.col.dicuntur in uer. postremò,ne uerbum quidem facio cum scripturæ non proponantur,& tu uideris an ex illo capite responsum defendatur, & in col.4.uer. & hic proprie,de Baldo nonnulla auctor inquit,uide Iac.Menoch.in tract.recupe. remed. 15.nu.287.& seq.qui hunc locum refert,& alia.

AD RESP. CCLXXXVI.

1 PAV. Paris.in consi.82.nu.35.lib.1.inquit,licèt societas morte finiatur,tamen renocatio fieri potest tacite, & expresse etiam

per hæredes mortui, & nedum per maiores hæredes sed etiam per pupillos tacitè, refert complures, & nonnulla ad rem, adde etiam And. Tiraq. in tract. de leg. connub. glo. 7. nu. 20.

AD RESP. CCLXXXVII.

MEMINIT de hoc responso Phan. in tractat. de iura in litem par. 2. nu. 63. probans quod hic dicitur, furto plenè probato de quantitate standum esse iuramento actoris, & si per testes fuisset plenè probatum, & tortura habita, negasset furtum reus, ita quòd ex quæstione elisa fuisset probatio, non posit ulterius in litem iurari, in qua re placet admonuisse, quæstionem illã ualde agitatã, an conuictus reus legitimis probationibus, si quæstioni subij
2 ciatur, posit dãnari si intormẽtis negauerit, de qua re text. in l. qui sententiam, C. de pœnis qui solet à Doctoribus lacerari Did. Cou. plenè pract. quæs q. 23. Gram. dec. 8. prætereo alios.
3 Et circa interpretationem c. 1. de depo. ego inclino, quod mihi liceat dicere pace auctoris, in sententiam contrariam, placet enim mihi purpurati interpretatio probata à Rota Bononiensi quòd legitime in dicto capitulo constitisset de delicto, non autem solum ex coniecturis, & ad iudicandum pecunias, & earum quantitates locus fuerit quæstioni, & quæstio haberi potuerit non obstante, quòd locus esset iuramento in litem, ut hic dicitur, & quòd de de-
4 licto constitisset, considerabam ex ipso tex. probari, primum in illis uerbis super deposito tuo tibi hactenus denegato, dictio autẽ hactenus exponi solet hucusque. §. hactenus insti. grad. clemen. 1. in § cęterũ, de iure unde illud uerbũ frequẽs apud Ciceronẽ de his hactenus, uidetur. n. quodã modo exclusiua præteritorũ, & inclusiua præsentiũ, maxime iunctis sequẽtibus deinde, & illa innuunt pecuniam quã ille Belias furatus est, rursus & illa, quocirca suadeas ut illum furem &c. Deniq; alia uerba quæ sequũtur, & quæ tibi subrepta sunt asportauit, & ad argumentũ hic auctoris, quòd cessat qõ tanquam remedium extraordinarium, & subsidiarum cum competat ordinarium, scilicet iuramentum in litem responderi potest, & propter mandacium, quod leges multis pęnis solent coercere, ut scripsi in tract. de decoc. par. 3. nu. 17. & multos retulit Phanu. in relato tract. num. 8. pag. 6. & propter inficiationem depositi

hoc

hoc statutum sit, multa enim aduersus inficiantes statuta sunt, fauorabilisque hæc causa summum Pontificem mouerit, nec est nouum ad quæstionem deueniri, ut pecuniæ indicentur, de quo scripsi in tract. de decoc. in prima par. ultimæ par. nu. 1. & seq. Quibus addes contra auctorem, quòd actor in dicto c. erat certus, episcopus scilicet Londonen. & (ni fallor) soluendo, idque ex uerbis dicti capituli ibi ex eo, quòd audiuimus loculos habere, Alb. enim in suo dictionario in uer. loculus citat dictum capitulum, & exponit denarios seu pecuniam, & uere auctor præter morē suum contra socerum, & Rotam Bononiensem imitatus est I.C. in l. Domitius Labeo, ff. de testa. immemor Virgiliani Carminis.

Parcius ista uiris tamen obijcienda memento.

AD RESP. CCLXXXVIII. & seq.

VIDES lector candide quàm subtiliter in articulo proposito, & ualde difficili Aymon noster sententiam suam defendat in consil. uidebis quæ late notaui, supra apud respon. 42. & admonuisse libet, nimia subtilitate rem non esse subuertendam, l. siquis hæredem, C. de insti. & subst.l.pe.C. ad S.C. Treb. & scripsit Dec. in consil. 508. nume. 2. & pulcher tex. in le. si seruum, in. §. sequitur, ff. de uerb. oblig.

AD RESPON. CCXC.

Num. 5.

DICITVR hic, si testis refert se ad dictum suum non solenne testimonium ualet, uide quæ addidi supra ad consil. 115. sub nume. 8.

Num. 6.

Lex hoc iure in §. ductus aquæ, ff. de aqua. quot. & æsti. declaratur hic, adde eun. supra in consi. 135. nu. 3. & late eundem in tract. de anti. tēp. par. 4. uer. absolutis &c. & in uer. materia ista, Soc. Iun. in consi. 6. lib. 3. Dida. in reg. possessor, in §. initium, circa fi. de reg. iu. in 6. & in §. 3. Rolan. consi. 59. in 4. Cepha. consi. 342. n. 3. Mar. Man. cons. 2. Pau. Paris. de effectu huius temporis, consi. [illegible] nu. 7. & seq. in primo., & modum concipiendi articulum in hac præscriptio-

rem, quod dicitur de patre, qui dotem constituit filiæ, quòd non sit habenda quæstio, competens sit nec ne, argu. l. si à furioso puberi, in fi. de cura. furio. nec arguendus est pater quòd modicam dotem constituisse asseratur, ut per Dec. late consi. 26. num. 2. ubi inter alia post Castren. inquit, dotatam a patre semper præsumi idoneè dotatam; mouet etiam pro hac sententia, quod Doctores tradidere de filiabus à patre inæqualiter dotatis, ut queri non possint, quæ minores dotes habuerunt, de quo Dec. ubi supra, Alci. in tract. de præsump. in ter. par. reg. 1. uer. septimo infertur, Ceph. consil. 56. num. 33. & seq. in 1. Gram. dec. 101. nume. 74. & seq. mouet etiam elegans Baldi responsum 328. cum in causa Pisani in ter. nume. 3. Denique hæc sententia comprobatur, quia proponitur testatorem reliquisse neptibus dotes in quantitate filiabus constitutas, nec enim censendum est, uoluisse neptes melioris conditionis esse filiabus, arg. l. si uiua matre, C. de bon. mat. uides ergo in hoc articulo admodum nouo forsan Auctorem lapsum, nisi defendatur ex eo, ut Poeta ille cecinit.

Tempora mutant, & nos mutamur in illis, dotes scilicet illo tempore auctas, quod probandum erat, & ex præsumpta mente testatoris augumentum propterea factum censeri, quasi auus si uiueret idem facturus esset, & prout in quinto argumento hic habetur pro quo succurrit elegans tex. in l. cum seruus, uer. nam quid ipse. ff. de cond. & demonst. in illis uerbis, quod ipse uiuus facturus sit ab heredibus, fieri uoluisse intelligitur, & uulgaris notabilis tamẽ glo. in l. tale pactum, in §. fi. ff. de pact. postquam hæc scripseram ui di Marza. in epit in mate. fidei. q. 58. in uer si an uero qui hunc locum retulit & secundum hoc responsum fuisse iudicatum refert, & pręcipuum fundamentum, quòd dotes ex tempore auctæ erant ipsum legiro.

AD RESPON. CCXCII.

CIRCA primam quæstionem uide quæ addidi supra ad responsum quartum & loca ibidem relata.

Nume. 4.

Auctoris distinctio in proposito articulo non caret magna hæsitatione, dum sensit, si seruitus, iuris pascendi in certis terris expressè

presse sit constituta, dominus terrarum ad culturam ipsas terras re digere non posset, contra vero si tacite, præscriptione scilicet acqui sita sit seruitus ut posit, contra enim hanc sententiam, & distin-ctionem succurrit, quod scripsit Did. Coua. Var. resol. c. 17. nu. 11. uer. sed quoties, & seq. lib. 1. ubi inquit, quoties quis præscriptione, uel pacto habet ius pascendi in prædio alieno, non potest prædij dominus quicquam agere, quo liber hic usus pascendi impediatur, citat. l. si domus, ff. de seru. urb. præd. & l. si eo loco, ff. si ser. uend. sensit ergo nil referre pacto & sic expresse, uel præscriptione ius pascendi animalia sit quæsitum, & notandum est, quòd I. C. in di-cta l. si eo loco, utitur uerbo debetur, & Soc. in consi. 105. eodem uerbo, ac uerbo habet utitur, quæ uerba conueniunt, & compre-hendunt seruitutem etiam præscriptione quæsitam, quæ sententia comprobari potest ex regula l. 2. ff. de iurisdi. om. iud. & l. oratio, ff. de spon. cum enim is qui talem seruitutem debet, prohibitus sit im pedire uti uolentem, censetur prohibitus omnia facere, per quę de ueniatur ad impedimentum, facit etiam regula id quod nostrum,
2 ff. de reg. iu. † Nec mouere uidebatur l. quod Seruius, ff. de condi. ob cau. quam post Ias. ibi exornat And. Tiraq. in præfa. l. si unquā sub num. 166. & multis seq. C. de reuoc. donat. Dec. in consi. 335. & Auctor supra cons. 233. nu. 31. intelligo enim, quod dicitur, di-spositionē intelligi rebus sic stantibus, causa noua non superuenię te, quando absque facto & dato debentis causa superuenit, non au tem ubi quis (ut aiunt) dedit causam edicto, & hoc responsum An conitani notent contra comitatenses, & rusticos nostros, qui con-queruntur à iure pascēdi cecidisse, ex eo quòd ad culturā terræ sint redactæ, & propterea onera ad quæ tenentur minuenda esse, sed non animaduertunt, aut verius fingunt, se nescire vectigalia eorum ex cultura terrarum aucta tum frumētorum tum vinorum, nec so-los ciues ad culturam aliquas terras redegisse, uerum & ipsos co-mitatenses, & rusticos, & si in uno grauantur, in alio leuantur, l. cum qui, ff. de iure. auct. contra qui propriam, C. de non nu. pec.

AD RESPON. CCXCIII.

Nume. 6.

DE uerbo pertinentijs, uide quæ retuli in tract. de assec. glo. de cima, ubi relatiue quid pertinentiarū appellatione contineatur

tur

tur,& nouissimè Ant.Gab.conclu.10.in ti.de uerb.sign.lib.6.sed & addes quòd Auctorem hic retulit Rolan. à Valle in consil. 98. num. 34. in ter.

AD RESP. CCXCIIII.

ADDE quæ latissime scripsi in materia in tract. de assecur. in glo. 15.ubi hoc responsum retuli,& probaui, & declaraui dotrinam Bar.in l.sed & si quis, in §. quæsitum. ff. si quis caut. & uide quæ nouissime scripsit Iac. Menoch.de arbi. iud. casu 80. ubi hunc locum retulit,& damnet auctorem, distinctionem Coz. reprobantem, de qua plene dixi in relato loco, sed & addes Rolan. in cons. 2.nu.30.in 4.qui citauit Auctorem & probauit,prout ibi.

AD RESPON. CCXCV.

VIDE circa primum dubium, supra consil.283.& uide quid contra Alex.ex facto consultus respondit Ias.in consi.232. in primo.

AD RESP. CCXCVI.

RESPONSVM hoc ex uariis, & diuersis rationibus, & argumentationibus in eo relatis,& æquitatis & pietatis plenam defensionem continet, & circa istam materiam quando uoluntas testatoris à summo Pontifice, uel alio possit immutari, de qua in clemen. quia contingit, de religi. domi. & in l.legatam, ff.de adimen.leg. & circa hic relata uide quæ latissimè scripsit Did. Coua. Var.resolu.lib.3.c.6.& capel.Tholo.decis.26.& Stefan.Auf. apud eam, & uide & considera quod ex facto consultus respondit Cur. Iun.in consi.20.& admonendi sumus,ne cle. prædicta in eo quod dicit,salua quidem sedis apostolicæ auctoritate, offendatur,& adde infra consi.323.in fi.& Guald.in tit.de tut. & exec. cau.6.nu.4.

AD RESPON. CCXCVII.

AVCTOR in hoc responso (si uerum amamus) aliquantis per uagando ad defensionem legatariorum neruos exten-

dit suos, uerum ex iis, quæ proponuntur, responsum hoc non est, sine magna hæsitatione, & ut intelligas, an in legatis lata uel stricta interpretatio fieri debeat, & similiter in fideicommissis, uide quæ late distinguendo dixi, supra responso 208. & si probauerimus, cum constat inutile seu nullum legatum non reddi, districtá fieri interpretationem posset tentari primum argumentum cessare, & uerba primi legati proprie intelligenda esse, & non extendenda, ex eo quod testator in non dispositis id uoluisse censetur quod ius commune disponit l. hæredes mei, in §. cum ita, ubi late & ueteres, & recentiores interpretes, ff. ad S.C. Trebell. de iure autem communi agnationis, & cognationis exclusam esse differentiam, nemo est, qui nesciat l. maximum uitium, C. de lib. præter. § nulla, in Auct. de hære. ab intes. & hoc remota lege municipali loci, qua affines, & cognati ab agnatis excluduntur; augetur dubitatio ex sequenti legato, dum exprimitur in loco Carmagnolæ & extra, reliquæ uero duæ præsumptiones non tales esse uidebantur, ut à propria significatione nominis ciuitatis recederetur, quæ muris cingitur, & murorũ ambitu terminatur, vt per Bar. in l. 2. ff. de ver. signi. & addo bonum tex. in c. si ciuitas, de sent. exco. lib. 6. nec enim in casu elusoria redditur dispositio, ut in dicto c. aut legatum nullum, sed ualeret in his, in quibus uerba disponunt. & licèt dictio ubicunque, sit generalis, & exponatur, in quocunque loco, restringi tamen solet à subiecta materia l. lex Cornelia, in §. si tamen, ff. de iniuri. dum I. C. illa uerba ubique domicilium habentes, exponit per omnes uillas suas, sic & hic in quacunque uicinia seu parochia, unde illud animaduersione erat dignum scire, an domus in eadem uicinia seu parochia sitæ essent, faciunt scripta, supra consil. 3. & uulgaris regula l. si seruus plurium, in §. fi. ff. de leg. 1. facit, quod inquit Saly. post glo. in auct. ad hæc, num. 2. C. de usu. nec enim est nouum uerba generalia ex sequentibus restringi, & declarari, quod sexcentis auctoritatibus, & legibus posset comprobari, reliqua relatá fundamenta tu uideris, & sat sit tuum, lector candide, ingenium excitasse, cogita ergo &c.

AD RESP. CCXCVIII.

IVS offerendi, de quo latè hic disputat, longum habet tractatum, & de quo latissime omnium Neguf. scripsit in suo tra-

ctatu

ſtatu di pigno. in ter.membro quintæ par.prin. quem miror non fuiſſe relatum.

AD RESP. CCXCIX.

AD ea quæ in hoc reſponſo habentur, uide quæ late ſcripſit Iac.Menoch.in tract.recupe.reme.15.maxime ſub nu.438. ubi cum honore nominat Auctorem,& præcipue hic ſub num. 8. & uide infra conſi.321.col.2.uerſ. ſecundo conſidera,& quæ addidi ad reſpon.7.in ulti.additione.

AD RESPON. CCC.

1 QVOD hic generaliter dicitur, uſufructuarium dolo malo uerſatum in cælando bona,& in non deſcribendo in inuentario,uſufructum perdere,declarandum arbitror; ut rerum cælatarum tantum dolo malo uſufructum amittat,non totum uſufructum & pœna ſit,iuxta tex.in l.fi.in § licentia, C. de iu.delib. illic enim ita ſcriptum eſt,illo uidelicet obſeruando,ut ſi ex hæreditate aliquid hæredes ſubripuerint,uel cælauerint,uel amouendum curauerint,poſt quàm fuerint conuicti, in duplum hoc reſtituere, & reliqua,& reperi D.Borgninū Caual.idem ſenſiſſe,& declaraſſe hoc reſponſum ut ſupra in tract.ſuo de uſuf.mul.relict.nu. 144.
2 Similiter quod hic dicitur, uſufructuarium cadere ab uſufructu ex ſimplici deterioratione iuxta ſcripta à Caſtr.& Iaſ. in auct.qui rem, C.de ſacro. eccle. intelligendum puto,ut cadat ab illa re tantum, quam deteriorem reddidit,non toto uſufructu,& ita declarat Car.Ruy.in conſi.48.num.12.uol.2.citat Bal.in l.deæ. circa fi. C. loca. & aliis modis probat, & in ſequentibus confugito ad dictum tract.& recentiores in l. Titia,in §. fi.ff.de leg.2.& illud addendum puto, quod Alb. inquit in l.deæ. nume.10.C.loca. ſi eodem tempore locaui alicui duo prædia uel duas domus in eodem contractu,& conductor male uerſatus eſt in uno expelli poſsit ab utroque, cum proponatur unus contractus tantum, unde delinquendo in parte puniatur in totum, refert & probat,Guig.in tracta.de rebus eccle.non alie.in tit.de cadu. ob rei deteriorationem, nu.4.corruptus tamen eſt codex in perſona Auctoris Abbatis,ſcilicet loco Alberici.

AD RESPON. CCCI.

Retulit hoc responsum, & probasse uidetur Hyppo. Rimi. institu. de dona. in princip. nume. 61. qui late de hac re scripsit.

AD RESPON. CCCII.

Ad ea quæ hic habentur in materia spolij, uide quæ addidi ad respon. 5. sub num. 8. & ad responsum 140.

AD RESPON. CCCIII.

Incidi inter legendum in respon. Iac. Menoch. 54. qui in proposito articulo, an milites Hierosolomytani feudi capaces sint referendo diuersas Doctorum sententias late scripsit, & Auctoris sententiam probauit, ipsum non semel referendo, cui addo Cassa. in sua glor. mundi. in nona parte, in quarta consideratione, Bald. citante idem probasse, & ibi de priuilegiis, uita & eorum statu multa retulit, adde eundem Menoch. de arb. iud. casu 392. num. 70. qui ait talibus militibus arma esse concessa.

AD RESP. CCCIIII.

Ad declarationem l. si socer, in §. Lucius, ff. solu. ma. de qua hic uide Pau. Paris. in consi. 95. uol. 2.

In fine.

An uidua committens stuprum perdat dotem, uide quę late notaui apud responsum 205.

AD REEP. CCCV.

Circa hoc respōsum, & declarationem legis verbis ciuilibus ff. de vulg. & pup. uide quæ late scripsi in tract. meo de Adiecto, in prima par. nu. 14. & seq.

AD

AD RESP. CCCVI.

PROBANDUM uidetur hoc responsum,& habes recentiores in l.hæredes mei,in §.cum ita,qui latissime scripsere.

AD RESP. CCCVII.

HABES quæstiones de lucro dotis Rolandi à Valle, & tract. de lucro dotis Phanutij Lucencis, qui latis. disputarunt,quā do censeatur derogatum l.hac edictali,C.de secun.nupt.in quibus locis non memini me legisse hoc responsum allegatum , nec usquā relatum,quod forsan in dubium posset reuocari ex eo,quòd de iure communi maritus lucrum aliquod mortua uxore consequitur, l.dos à patre,C.solu.mat.l.2.ff.solu.mat.l.uni.in prin.C.de rei uxo. act.statutum autem de quo in hoc responso non uidebatur deferre lucrum generaliter sed speciatim, ubi melior prædecens ex eo marito liberos nō habet,unde excepto casu, ex passiua interpretatione lucrū nō deberi uidebatur,l.1. in §.lex falcidia, ff.ad l.fal.& quia cum lex non dicit,nec nos dicere debemus, l. si seruum,in §.prætor ait,uer.non dixit prætor,de acq.hære. & ita argumentatur Rolan. vbi supra q.86.augetur difficultas ex sequenti parte statuti,dum in distincte dicitur , & mulier habens filium uel filios non possit facere nec modo aliquo ordinare quin eius filij ei succedat in totum, considerandum est, nec repugnantia uidebantur, cum prima pars statuti in singulari casu loquatur,secūda,quod magis est,indistincte,& hoc modo euitat correctio iuris communis, & correctio in eadem dispositione euitanda est quo ad eius fieri potest, le. non ad ea , ff. de cond. & demonst. & septimum argumentum,de quo hic forsan admittendum esset , ubi expresse in dotis constitutione de lucro dotis conuentum esset, cogita ergo lector candide , & sat sit hæc breuiter annotasse , & cogitandi causam me præbuisse.

AD RESP. CCCVIII.

1 NOTENT hoc responsum anconitani uiri, notent , & omnes subditi , ueniunt persępe ad regendam Ciuitatem Anconæ magni,& potentes uiri, trāsmittuntur ex urbe præfecti militū vul-

go colonelli. Item & præfecti militiæ rusticorum, & comitatiuorum permansuri in ciuitate, petunt hospitia, & domos gratis, & gratis hospitari uolunt, & hi sunt ad latus regentium ciuitatem tanquam quodam modo curiales, ex hoc enim responso neque communitatem, neque particulares ad concedēda gratis hospitia astringi non posse patet, & cum non semel de hac re fuerit controuersia obtentū fuit arctari non posse. Possunt recte quidem præsides subditos ad hospitium, & domos locandum cogere urgente necessitate, ubi aliter hospitari non possent, non tamen gratis. & nota, quod subiecit auctor illud scilicet spectandum esse, ut intelligamus de domibus locari solitis, & loquor in permansuris non autem in his qui breui sunt recessuri, quibus magnis uiris breui discessuris tanquam Dominis non denegata fuerunt hospitia à nostra rep. imo tales inuitari consueuerunt, & dona ex pub. decreto dari, & circa materiam hospitalitatis præter scripta ab Alber. & in suo iuris lexico, uide l. 1. & 2. C. de epis. & cleri. & ibi bonam glo. & Doctores, & quæ latiss. scripsit Egi. in tract. de collect. in §. subijciunt, nu. 22. & seq. pag. in libello meo, 213. & seq. & in consi. Triden. sessione 25. cap. 8.

AD RESP. CCCIX.

INTELLIGE hoc responsum ne erres, quòd parentes receptantes filios bannitos non puniantur pœna ordinaria sed iudicis arbitrio pęna temperetur, ut inquit Rolan. à Vall. in consi. 47. nu. 65. & seq. & ante. & clarius Iac. Menoch. in tract. de arbit. iud. casu 318. qui hunc locum citauit, subdens auctorem sensisse nulla pœna puniendos, sed uerius esse pęnam arbitrariam non euitare. Illud placet addere, rationes Aym. nostri hic relatas vnum quemque iudicem mouere debere ad pœnam modicam irrogandam, circa alia hic relata tanquam nota, & in sexcentis iuris ex cartabulis relata consulto prætereo.

AD RESP. CCCX.

COMPROBA hoc responsum ex nōnullis quęstionibus quotidianis quidem relatis à Ias. in consi. 84. uol. 3. & col. 3. uer. se-

secundo &c. & non longe à re seruandæ æqualitatis gratia scripsit Dec. in consi. 41. in causa, & in fi. primæ col. & fi. consilij.

AD RESP. CCCXI.

RESPONSVM hoc nõ caret hæsitatione propter scripta à Decio in consi. 273. quod omnino uidendum est, & miror nõ fuisse relatũ, addo aliud eiusdem Decij sub nu. 290. D. Blasia &c. quæ responsa pertinent ad declarationem l. pater Seuerinam, ff. de cond. & demonst. quæ reddit dubium hoc responsum, & addes bene considerandum vltimo loco relatum responsum Decij admittẽdum sit nec ne, quod tamen retulit, & non improbauit And. Tiraq. propter illam dictionẽ ultra, in retract. lignager, §. 1. gl. 11. nu. 16.

AD RESP. CCCXIII.

PRAETERMISSO antecedenti responso tanquam quodãmodo à facto pendente uides, quàm subtiliter auctor interpretatus fuerit l. quicunq;, C. de apo. pub. li. 10. volo autem te non ignorare, quòd Franc. Hercu. in tract. quis teneatur probare negatiuã sub nu. 40. hoc responsum retulit, & ait, non requiro de tribus ultimis annis, quia dicta lex hoc non dicit, quicquid contra hic Crau. scripserit. ego autem maluissem, ut rationibus, & argumentis auctoris respondisset, Alex. enim hic relatus loquitur in tribus ultimis annis, & sic intellexisse uidetur l. quicunque, Ias. uero in citata l. si certis annis, utitur uerbis glo. nunquam satis commendatæ in l. 2. C. de iure emp. in gl magna, & reperi dec. Tholo. sub nu. 235. quæ gloss. probans, inquit in hæc uerba, si reperiatur tribus annis proxime præteritis, & Stefa. Ans. apud eam declarans dictam l. qui cunque, & commendans relatam glo. inter alia inquit, And. de Baru. super dicta le. ex tollens uocem dixit, se obtinuisse in contractu emphiteutico sufficere probationem solutionum trium ultimorũ annorum, sed & addes placere mihi declarationem auctoris, quòd lex illa in depositis locum nõ habeat recusante creditore, cuius rei illa ratio redditur: quia in solutione pecuniarum trium annorum, tacitus quodammodo assensus creditoris interuenit solutionũ prӕteritarum, quod in depositis recusante creditore non interuenit, quod

quod etiam hic nono loco dicitur limitandam legem quicunque, vt locum non habeat, ubi antecedunt trinas annuas solutiones aliæ se paratæ solutiones, idem Herculanus nō probat, & ego subsisto, ui debis ergo l.vni.in prin.C.de rei vxo.act.Cagno.in regula expressa, & in regula, quę dubitationis, & illud etiam non puto probandum, quod auctor in fine, ait probari non solutum ex plutibus solutionibus à creditore productis, quod idem Hercu.animaduertit idque propter uerba legis, quicunque, in fi.ubi legitur, aut id, quod deposcit deberi sibi manifesta gestorū assertione pate fecerit quæ uerba glo.ultima declarat.

AD RESP. CCCXIIII.

IACOBVS Menochius non leuis iuris interpres hoc responsum retulit, & probauit auctorem cum honore nominans in tract. de arb.iud.casu.394.num.26.qui de armis, & armorum delatione multos referendo multa scripsit, quibus addo aliqua non negligēda scripta à Cat.Cot.in memor.in uer.armorum, & in uerbo mortuus Iul.Clar.in clericis arma deferentibus loquens in pract.q.36. & q.82.stat.6.Cepha.consi.350.in tertio, qui de extraneis seu forensibus inuentis cum archibusio, & solitis in loco conuersari respōdit, an inciderint in pęnas edicti talia arma diferri prohibētis.

AD RESP. CCCXV.

LIcèt auctoritas Iac. But. Bal. Alex. & Iasonis me ualde mouerit, non tamē ab auctore dissentio, ut in simili legitur in l.Labeo, ff.de suppel.leg.cuius sententia (ni fallor) clare probatur in citato c.inter dilectos, de exces.præl. illic enim ita scriptum est, quia tamen fides nobis facta non fuit, quòd dictus B. illam clausulam apposuerit, uel procurauerit, ut ab alio poneretur, uel etiam, quòd scienter usus fuerit literis; sic falsatis, ab huiusmodi falsitatis obiecta eundem duximus absoluendum, maxime cum post, quàm sibi hoc obiectum fuit prætermiserit uti eis. Hactenus summus, ille Pontifex, & quoniam Auctor hic respōdit ad l.iubemus, C.de proba.in secunda col.& fi.responsi post Dec.& alios, ut locum habeat in ciuilibus, & Soc.Iun.in consi.61.num.11.parte.2.inquit dictam

legem

legem intelligendam solum quo ad detentionem personæ. Mihi le ctor candide uidebatur, dictam legem iubemus nec à ueteribus, nec recētioribus, bene expositam, & declaratam, cuius seusus stat in illis uerbis. Qui scripiuras suspectas comminiscuntur. Cōmini scor autem non (ut Accursius) ibi exposuit, componitur à cō & memini, seu à con & mentior sed dictum est, à con, & mēte, & si gnificat, cum quis fingit in mente quæ non sunt, ex sententia Var ronis de lingua Latina, Terren. in Adeph. cōmenta mater est esse ex alio viro & in And. Quod cōminiscuntur placet, & Cicero de fini. ille aūt occurrentia nescio, quæ cōminiscebatur, & ad Her. ad comminiscendum ingeniosus, unde commentum fictio Terren. in Andria, atque ipsis commentum placet, sensus ergo uerus est, fingentes sibi in mente scripturas aliquas suspectas, & huic commen to, idest fictioni, & uernacula lingua. in questo fento foi trouato, si aliquid in iudicio promerint; hoc est exposuerint, & protulerint, ni si veritatem astruxerint idest iuxta struxerint superaddiderint metaphorice huic commento, & consequenter ueritatem non probauerint, & sic uerum esse commentum, quasi falsarios esse detinendos casus ergo lōge diuersus ē ab eo de quo in hoc respōso agitur.

Dum ait auctor ex sententia Salyc. Quando plures fuerunt in rixa, repertusq; est mortuus unico vulnere, & ignoratur à quo vul nus illatum fuerit, ratione incertitudinis neminem posse torqueri, nota, quòd hoc non est admittendum, cum quæstioni locus sit ex multorum sententia ut per Iac. Menòch. latissime de arb. iud. casu 362 nn. 20. & Iul. Clar. in pract. in §. homicidium, uers. uer. alia &c. Carre. in pra & tra. de Homi. §. Homicidij nu. 75. & seq. ex quibus recentiorum locis habebis, & ueterum interpretum quos breuita tis causa consulto prætereo & habebis interpretationes ad §. sed & si seruum, & §. si plures, & l. ita vulneratus, ff ad l. aqui. quæ iura pu gnare inter se uidebantur, & circa cautelas, quando quis dubitat de fide scripturarū in respōdēdo, & uide quæ addidi, sup. ad resp. 28.

AD RESP. CCCXVII. omisso præcedent.

VEnationes & piscationes an per maiores uel minores princi pes posint prohiberi ac de his multa, & uaria scripsit Dida.

Couar. in regula peccatum par. 2. §. octauo, & uide quæ addidi supra ad respon. 209.

Col. 2. & num. 2.

Quod hic dixit auctor mandatum ex antiquitate temporis præsumi, latius probauit in tract. de anti. temp. par. 2. nu. 58. & multis seq. & ibi de hac re late tractauit, uerum noster Aym. non sibi constitit, ut patet, supra consi. 266. num. 8. crebrior illa sanè est sententia, ut & ad mille annos non præsumatur idq; patet ex relatis à Iac. Phil. conclu. 29. lib. 4. & Ant. Gab. in suis conclusionibus lib. 2. in titu. de procu. à quo creditur Iac. Phil. habuisse quę scripsit, cum in oibus ferè conueniant, in quibus locis multis modis declaratur hæc magis communis sententia, addo Ceph. consi. 311 nu. 10. & nu. 75. in tertio, & consi. 170. Soc. Iun. consi. 129. li. 3. nu. 10. & quòd hæc sententia sit crebrior, patet ex relatis à Iac. Menoch. in consi. 1. nume. 79. ubi mordet auctorem nostrum, cuius tamen rationibus nõ uidi quicquam respondisse, & denique uide quæ scriptum reliquerit Rimi. in consi. 472. in tertio, ex quibus locis quam in diuersas sententias Doctores in hac materia iuerint nõ sine molestia uidebis.

AD RES P. CCCXVIII.

Vide omnino, supra consi. 264. & quæ ibi addidi nec enim inuicem pugnant, cum hic nulla causa retractandæ diuisionis proponatur.

Col. 5.

Nota quòd ciuitates inuitis ciuibus alienari non possunt, nec alteri subijci, & est recepta sententia, uide ergo supra consi. 241. & quæ ibi addidi, & lapsis annis in ciuitate Fani contigit quæ reclamantibus ciuibus tandem non fuit alienata seu in inferiorem translata.

AD RES P. CCCXIX.

Ne tibi sacietate tam longi responsi defessum societatem addã, solum addo quæ ad exclusionem doli, & culpæ notaui, supra apud respon. 142. nu. 12. ubi & casus in quibus præsumatur.

Nu.

Ante nu. 20.

Lex si uindicari C. de pœnis, nunquam satis commendata, exornatur etiam à Gram. in uoto 32. num. 14. & seq. & nouissime à Iac. Menoch. in tráct. de arb. iud. casu 334.

AD RESPON. CCCXX.

In primo dubio.

CIrcunscripta sententia, de qua hic, dum auctor dixit, doctores relatos à Bertachino non dicere, quod ipse ait, placet referre uerba Inno. relati à Bert. in dicto c. grauis, de rest. spol. Nota quòd si non petantur ea quæ ueniunt accessorie, ut fructus, damna, & interesse, uel etiam si petantur, sed tamen sententia fertur super principali non habita mentione accessoriorum decætero de eis agi non potest, nec peti potest ferri sententia, quia super omisso, C. de pod. 4. citat, & alia iura, & declarat, ipsum legito, ex quibus uerbis Inno. redditur dubia quotidiana quidem quæstio relata, & soluta à Baldo Nou. in tract. de duobus frat. par. 8. nu. 30. & est in 8. To. tract. Illic enim ita scriptum est, quidam mercator fecit sequestrari res alterius mercatoris, & ex hoc damnum passus est ille, cuius merces sequestratæ sunt, quia uendi non potuerunt. reuocatũ fuit sequestrum, & iudex qui sententiam reuocatoriam dicti sequestri tulit de damno, & interesse nullam fecit mentionem, demum petuntur damna, & interesse, opponitur, quòd non possint peti, & de calumnia agentis quæri non possit nisi in eodem iudicio l e. terminato, C. de fru ct. tandẽ probat ex multis mercatorem ad damna, & interesse agentem sententia non obstante audiendum esse, ipsum legito, & sat sit locum retulisse, desiderassem ego ut respondisset dictæ l. 4. C. de po. & his quæ Inno. scripsit, igitur cogita, quia frequenter contingit, & ad prædicta, & quando in sententia omittitur condemnatio expensarum, uide plenum resp. Rolan. à Vall. 12. in 4. col. 2. ante nu. 3. uer. cęterum &c. Quando testes examinantur ad perpetuam rei memoriam requiritur, quòd Iudex interloquatur testes abfuturos breui, uel ualetudinarios, dixit auctor iudicẽ mãdando examinari testes hoc declarasse censeri, & hoc post Soci. at Roland. à Valle in consi. 23. nu. 14. & in fi. uol. 3. id contra communem esse testatur, uerùm licèt sententia sit stricti iuris in tantũ

quòd in sententia nil aliud præsumendum sit nisi quod legitur l. 1. C. si plures una sent. Bar. in l. 1. C. si aduer. rem iud. ex aliquibus tamen sententia Soc. & Auct. defendi posset, si in petitione esset expressum de absentia, uel mala ualetudine, & iudici constitisset ex actis ex ijs quæ addidi, supra ad respõ. 188. & sat sit locum retulisse, quibus addo Pau. Paris. in cons. 24. in tertio.

Nume. 6.

Circa lucrum cessans quando debeatur, & quomodo sit petendum, quid ue probandum, declaraui in tract. de mercatura, in tit. de contract. nu. 3. & adde quæ nouissime scripsere Rolan. à Valle consi. 35. in primo, & Fran. Burs. consi. 68.

AD RESPON CCCXXI.

HOC responsum commendat Iulius Clarus in sua pract. in §. incestus, in prin. & probat Iac. Menoch. in tract. de arbi. iud. casu 244. num. 5. & seq. & comprobari potest, ex c. cum in iuuentute, extra de præsumpt. & c. nobis, & glo. in c. 1. de coha. cleri. & mul. non tamen duxi omittendum, quòd magna licèt sit sanguinis præsum. in quibus nihil naturale fœdus permittat, seu criminis suspicari, maior tamen illa uidebatur, quòd simul in eodem lecto per biennium, obdormissent, & ait Fel. post Abb. in c. literis de præsump. probationem de qua ibi sufficere, si ageretur de adulterio, & incestu criminaliter, & uideri potest glo. in uersi. ut credebant, scripsit etiam Ruy. in consi. 53. nu. 10. in quinto probari, in c. literis, ad probandum copulam constare debere de actibus uenereis propinquis & non remotis, instigatione. n. diaboli iuxta dictum, c. 1. facile in lasciuiam labimur unde Maximus poetarum, inquit. Vritque uidendo fœmina, facit quod ait Diuus Aug. relatus, in c. legitur 81. distin. & 18. q. 2. c. peruenit & c. diffinimus, & Diuus Chrysostomus in sermone de Cananea inquit, mulier est caput peccati, arma Diaboli, expulsio Paradisi, corruptio legis, à qua si cauere cupis, fuge illam, quæ ut serpēs inficit & uenenat, hinc tactus earum maxime est uitandus. unde carmen illud uulgare, ab Hostiense relatum. Ni fugias tactā, uix uitabitur actus, & facit 32 distin. c. presbiter. legimus enim, Profetam uisa Barsabe exarsisse, & ex libidine sapientissimos, quosque lapsos, & Salomon qui tot

tan-

tantasq; concubinas, ac uxores habuit, omne fas atque nephas, & contra Dei uerbum immiscuit, Claudius etiam Appius, ut legitur, in l.2.in §.initium, ff.de orig.iu.scimus etiam Ciceroni obiectum, quòd Filia esse pellex matris, & multa in q.448.Cap.Tol. referunt ait etiam Diuus Tom.in commen.ad Apocalyp.c.21.virginitatem seruare magis est angelicumq; humanum, unde mi Aymo subdubito, ne tua eloquentia, & iuris prudentia reos prædictos absque tortura extorseris, ut legitur de Cæssare, qui audita pulcherrima oratione Ciceronis pro Quinto Ligario, de qua Pomp.Iurisconsultus meminit in l.2.ff.de orig.iu.§.post hos, quoque Tubero, dixit, extorsisti Cicero Quintum Ligariú, à Benuenuto autem tuo si iudex fuisset, sine quæstione difficilius extorsisse, incidi nuper in antat.ad decisiones Matt.ab Affl.sub num.236.ubi refertur simpliciter hoc responsum, & non improbat.

AD RESP. CCCXXII.

CIRCA hoc responsum, & quando in possessorio beneficii ecclesiastici sufficiat titulus, plene multos referendo scripsit Iac.Menoc.in tract.recup.remedio 10.num.418.& multis seq. & maxime num.566.& seq.vbi hoc responsum non semel refertur & uide supra consi.258.num.9.

Nume. 1.

Ius patronatus quomodo probetur, & quando præsentationes sufficiant, uide in sacro Concilio Tridenti. sessione 25.c.9.& quomodo impetrandum obtinendumq; sit, sessione 14. c.12.

AD RESP. CCCXXIII.

CREDO hoc responsum absque controuersia admittendum executores, s. testamentarios transigere non posse, & ne longe habeamus, certi iuris est, potestatem exequutoris, ex testamento pendere, inquit enim Bal.in l.id quod pauperibus, num.4. C.de sacro.ecc.Quærentibus, de potestate exequutorum inspiciendus est, ante omnia tenor ultimæ uoluntatis, an & quando, & qualiter, & cui, uel quibus, l.non distinguemus, in §.de ofificio, ff.de arbi.& sensit Bar.in l.alio, num.3. ff.de alimen. & cib.leg. & facit,

quod

quod inquit idem Bal. in l. nulli. num. 2. C. de epis. & cle. & quod ait Io. Dilect. in tract. de arte test. in tit. de tuto. & execut. cau. 6. num. 4. officium, quipe executorum est uoluntatem testatoris implere & ad effectum ut disposuit perducere, comparanturq; non solum tutoribus, sed & procuratoribus, de quibus late Io. Iac. in suo tract. de execut. testam. seu ulti. uolum. nume. ter. uidendus est, & alibi & est in To. 11. tract. quem sequitur alius Iaco. de Are. in quibus plene materia talium executorum tractatur.

AD RESP. CCCXXIIII.

Nihil addo.

AD RESP. CCCXXV.

Nume. 1.

DOCTRORIBVS asserentibus de consuetudine an sit habenda fides notaui apud respon. 75. nu. 5. & respon. 166. nu. 8 adde recentiores addi. ad dec. 321. Matt. Afflic.

De nouitiis & professis est respon. Federici sub nu. 104. scripsi in tract. de Adiec. par. 3. nu. 44. & ibi multa de monacis, & nu. 46. retuli hoc responsum, & uide circa probationem professae, uel nō professae scripta à Franc. Burs. consi. 97. nu. 24. & seq. nume.

AD RESP. VLTI.

HOc responsum nonnullis rationibus naturalibus, quidē eleganter probatum, scio in dubium fuisse reuocatum. Fran. n. Bursa. vir magnae lectionis, ex eodē facto consultus contra Aymonis nostri sententiam respondit, ut patet in consi. 51. & consil. seq. ubi in Doctorum cumulo (ut solet) neruos extendit suos, ego autem coniecturalem hanc esse causam puto, & in huiusmodi causis pernitiose plerunque erratur, & cum agatur de intentione mortui, & uero uerius est, quod Bal. dicere consueuerat, tabellionum imperitia mundum destruit, & magnorum uirorum conscientias, ut loquitur, in magno discrimine ponit, & si in hac causa iudiciū mēū uellem interponere magnos facere oporteret commentarios, habes. n. articulos hic relatos in sexcentis locis tractatos, & latissimè omnium à Hyer. Zan. in l. haeredes mei, in §. cum ita, ff. ad S.C. Trebel.

bei.& nouissimè ab Ant.Gab.in suis commu.conclu. in titu.de fideic lib.4.conc.4.Marza. in libello qui inscribitur in materiam fideicom.q.19.& seq.& circa con.celebre Old.nu.21.And.Tiraq.in rep.l.si unquam,in uer.liberos susceperit,nu.15.C.de reuo.don.& Rolan.à Val.qui hunc locum retulit in consil.6.in 4. sed & addes dum Fran Burs.sub nu.21.reprobauit Anca.responsum sub num. 74.Vide Ant.Gab.ubi supra nu.13.& circa id quod legitur num. 12 uide Menoc.de arbi.iudi.casu 498.nu.30. & seq. Ego etiã hoc impulsus responso uidens Doctores,& iuris interpretes in sexcentis (ut aiunt) iuris articulis uarios,& in diuersas sententias distractos,& ad infęlicia nos tempora deuenisse, ut magis auctoritatibus quàm rationibus & legibus certemus, quod & prudentissimi nonnulli recentiores animaduerterunt, de quibus memini supra respon.17. non semel stomacatus sum, & discendi cupiditatē quã solam uiuendi rationem optimam in sexagesimum sextum annũ ætatis duxi, huic tantæ rei aliquando consultum esse desideraui, execrabilesque lites amputari,sunt.n iuris articuli,qui propter eorum difficultates & Doctorum uarias sententias, & inimicitiis & homicidiis & inopiæ causam dedere,quibus optimo consilio pro uidendum esset,& persæpe mihi cogitanti quid esset optimum factum,quoue modo saltim in pluribus consuli posset,exploso modo à Cicerone in lib.1.de oratore tradito,ut probaui in tracta. de Adiect.in prin quartæ par.putaui, si Maximus noster Pōtifex Gregorius XIII.more Iustiniani Imperatoris ac Gregorij IX. iuris utriusque partibus rectè pensitis, de quibus in l.2. C. de uete.iu. enu.prudentissimis uiris adhibitis Pontificij & ciuilis iuris articulos pontificiam ac imperialem decisionem desiderantes paucis cōstitutionibus sedibus propriis additis,diffiniret,rectè quidem tantæ ægritudini saluberrimam medelam adhiberi posse, & licèt diuinæ res perfectissimę sint & humani iuris conditionem semper in infinitum decrescere uideamus, & quædam postea posse emergere negocia quæ dictis constitutionum laqueis non essent innodata ut imperator inquit in d.l.2.§.sed quia, tamen quanto id adiumento esset iuri nostro,& quantum reipublicæ Christianę consuleretur,quantũue populis commodum & utilitatem afferret, quantumque à bonis uiris & Christi redemptoris nostri fidelibus hoc opus laudaretur, nemo est profecto qui nesciat; Dixerit aliquis,

quo-

quomodo hoc fiet,diuisum nanque est imperium,& principes suo non alieno iure malunt uiuere, mihi facile persuasi tempus hoc magis idoneum quàm unquã antea, tanta enim Pōtificis nostri Max. Greg. XIII. est prudentia,tanta diuini, & humani iuris cognitio explorata,tanta industria,tantum deniq; in ipsis rerum experimentis emicuit,ut si hoc ageret,non solum quæ ad ius pontificium spectant,ut par est,uerum,& ea quæ profana respiciunt, cęteros principes Christianos probaturos, uel saltim ditioni subiectis S. suæ consuleret, & in profanis alijs principibus exemplum daret,utque in posterum ueluti clementinæ Gregorianæ uocentur.

Habes, candide lector, lucubrationes meas ad responsa egregij iurisconsulti Aymonis Crauettæ, in quibus si qua minus bene dicta legeris,benigne corriges, & alia non tui stomachi prætermittes,& imbecillitati humanæ,seu si malueris mihi tribue,quis enim in tanta iuris interpretum multitudine,& (vt dicam,quid sentiam) in tantis tenebris iuris nostri tam lyceus est, ut nihil offendat, nihil incurratur. si uero bene dicta aliqua legeris D. OPT. MAX. referes, Vale.

FINIS.

